Incun. *2609*, Hain *10449*. — Olim κτῆμα Collegii majoris, s. XIX denuo vestitum.

— Quaestiones super totum cu[...] logicae Porphyrii philosophi, secun[...] mentem dris Subtilis Scoti. S. l. [...] (Coloniae, impr. Henr. Quentell), 4t[...] num. 195 et 2 nn., sign. aij—s_4, goth.



Incun. *260*, Hain *10450*. — Liber c[...]ctus a ligatore de signo Aquilae cum corona in scuto, ex legato dris Mikoss Cracovitae a. 1528, cum talibus ad calcem adscriptionibus: 1. manus s. XV/XVI: »Trzecsya noga, thacz nas nije dopussczij do Boga«; 2. manus mgri Mikosz: »Anno 1500 facta fuit incursio Thartarorum sub rege Ioanne Alberto, circa festum Penthecostes (7. VII) vsque [...]blin, deripiendo, predando et omne nefas [...]stianos gerendo, qui peractis tantis malis ad propria rediere. Tandem circa festum [...]tiuitatis Marie«, 8. IX, sed deletum et [...]datum in) s. Crucis in autumno (14. IX) fuit 2da incursio Tartarorum vsque ad [...]miriam et Bogz[...]czin (!). Et sub eodem te[...] feria 4 ante Mathei (16. IX) alias nona ([...]ptembris turma cruciatorum invasit Iudeo[...] ad minus viginti erant interfecti et plures [...]rati preter interfectos« (tota haec adscript[...]leta); 3. item manus mgri Mikosz: »Anno 1500 circa festum Pentecostes (7. VII) ali[...] tunc infra octavas Corporis Xristi (18. V[...]cta fuit incursio notabilis Tartarorum in r[...] Polonie vsque versus et post Lublin, sub [...] Alberto, rege Polonie. Et eodem anno fac[...] notabilis eciam incursio vsque versus [...]czin (!) et Sandomiriam circa festum Nati[...] Marie (8. IX). Item eodem anno feria 4 Mathej (16. IX) Iudei ad viginti maxim[...] viginti (!) erant interfecti, et quadraginta [...]rati et plures per cruciatorum exercitus«.

— Quaestiones super totum cu[...] logicae. S. l. & a., (Venetiis?), 4t[...] num. 195 et 2 nn., sign. a_2—ɔ?, goth.

Incun. *2013*, cf. Hain *10451*. — Ex dris Mich. Wratislawitae a. 1534, liber [...] et aqua corruptus, s. XIX denuo vestitus.


— Quaestiones subtiles et per[...] super totum cursum logicae Porp[...] secundum mentem dris Subtilis [...] Venetiis, jussu et impensis Octa[...] Scoti impr. (Bonetus Lucatellus), [...] 4to, ff. nn. 166, sign. A_2—X_4, typ. [...] cum literis init. xylogr.

Incun. *265* (263), Hain *10455*. — Olim bacc. Stan. Pilznensis, postea vero Glic[...]znensis, Pograbii Pilznensis, Lasowii, ac t[...] mgri Piotrowski, u. s.

— — Item, Venetiis, jussu et

·. Scoti Modoet. impr. (Bonetus Lo-us), 1490, 4to, u. s.
ın. *2015*, Hain *10·455*. — Exemplar cum ›tionibus in fronte: 1. »mgri Iacobi (Fri-› Clepars pro 18 gr.«; 2. »Collegio maiori per executores«.

— Item, Venetiis, impr. jussu et Octav. Scoti Mo- 1490, 4to, u. s.
nn. *2610*, Hain i. — Quondam κτῆμα am scholaris Cra-sis de signo proprio iteris G. K. T. in ·, cum manu deli-signo hoc ad cal-f. vacuo) libri, po-



vero κτ. Collegii majoris, s. XIX de novo m.

Dicta super Summulas Petri Hi-introductoria in doctrinam dris lis. S. l. & a., (Heidelbergae sive ntiae, 1490), fol., ff. nn. 172, sign. f_5, typ. goth., cum litera init. S. ›nte xylogr.
ın. *1381*, cf. Hain *10·456*. — Olim cum ıa introligatus liber. (alter hic autem po-tsectus). cum adscriptionibus in fronte di-ım manuum: 1. »Iste liber comparatus ‹; 2. »Liber mgri Iohannis (Stobniczka s.) :ensis«; 3. »Item Clapsedra Ebrey Ge-per mgrum Petrum (Aurifabrum) de Cra-a. 1506«; 4. »Ioannes (Magister) de Ma-Super Tractatus Petri Hispani et Que-Antonij Andree in Metaphysicam (liber ns exsectus), magistris Collegij maioris (!).

Summularum Petri Hispani glos-ad mentem dris Subtilis. Vene-impr. (Bonetus Locatellus) impen-ctaviani Scoti Modoetiensis, 1490, ff. nn. 164, sign. aa_2—xx_2, typ. cum litera init. S. xylogr.
ın. *263*, Hain *10·457*. — Item quondam bacc. Stan. Pilznensis, Glicii Pilznensis, ›ii Pilznensis, Lasowii de Lasy et Lucae vski, u. s.

— Item, Venetiis, impr. imp. Octav. Modoet., 1490, 4to. u. s.
ın. *2014*, Hain *10·457*. — In fronte manu : »Iste liber comparatus per .....« (lo-rasus).

AGISTER Martinus de Ma-s, s. theologiae dr. Parisiensis:

Quaestionum moralium pars II: emperantia in generali. Parisiis, per Wolfgangum Hopyl Alma-1490, fol., ff. male num. 148 et n.

nn. 32, sign. Aii—Fiii, typ. rom., cum icone xylogr. in fronte.
Incun. *1260*, cf. Hain *10·458 II*. — Alius liber in fronte, quondam cum hac parte II una ligatus, postea exsectus.

Magistrutia Summa alias Pisanella, v. Auximanus Nic. (233 sqq.).

MAGNANUS Johannes Christophorus Pianensis, medicinę dr. et Pergulę medicus primarius, a. gratię 1730 possessor una ligatorum librorum:
— Nestor Dion. Vocabularium. (Venetiis), 1488, fol. (3687 a. Gramm.).

— Tortellius. Commentariorum gramm. libri. Venetiis, 1487, fol. (3687 b. Gramm., ambo ex-post κτῆμα Lud. Michałowski).

MAGNI Jacobus de Parisiis ordin. Eremitarum s. Augustini:

— Zophilogium (Sophologium). S. l. & a., (teste P. G. Reichharto o. s. B. Argentinae, impr. Ad. Ruschius, c. a. 1467), fol. min., ff. nn. 217 (»..... finit feliciter« !), sine sign., typ. rom.
Incun. *1830*, cf. Hain *10·471*. — Liber cum literis init. depictis, in cujus anteriore tegumento propria possessoris manu: »Iste est liber mgri Iohannis (Głogowitae) de Glogouia maiori«. Idem possessor occasione expugnatae (1. VI a. 1485) a rege Mathia Corvino Viennae adscripsit ibidem versiculos:

»1485 in octaua Corporis Cristi (9. VI):
Discite mortales, nimis non fidere muris,
Menia quid valeant, capta Wienna docet.
Strennua quid possint virtus et dextera regis,
Exemplo monstrat claro Wienna suo.
O inaudita nimis placida victoria regis,
Ledere non novit, vincere cuncta solet« !

— Zophilogium. S. l. & a., (secundum P. G. Reichhartum o. s. B. Argentinae, impr. Ad. Ruschius, c. 1467), fol. min., ff. nn. 217 (»..... finit foeliciter« !), sine sign., typ. rom.
Incun. *1106*, cf. Hain *10·472*. — Liber, in cujus tegumentis exaratum »Labiszin«, ex legato dris Łabiszynii pro libraria artistarum, concessus tamen ad usum mgro Valentino Ilkussio. »Oretur pro illo« !

MAGNINUS Mediolanensis, medicus famosissimus:

— Regimen sanitatis. Basileae, impr. per Nicol. Kessler, (1493), 4to, ff. nn. 3 et num. 90, sign. a—l_5, typ. goth.
Incun. *288*, cf. Hain *10·486*. — Una introligatus liber cum 2 aliis operibus (288—290),


olim κτῆμα Cracoviensis loci ad s. Bernardinum, postea vero mgri Plecki et aliorum.

— — Item, Basileae, impr. per Nic. Kessler, (1493), 4to, u. s.

Incun. *1827*, cf. Hain *10·486*. — In uno volumine cum 2 aliis compactus liber (1827—1829), cum adscriptionibus in fronte: 1. manus dris Biel Neopolitani: »Iste liber vnus est de libris dris Petri (Świętopełk paterno nomine dicti) de Zambrzecz, dandus iuxta testamentum illius pro libraria artistarum Collegy maioris Cracouiensis pro salute anime eiusdem«; 2. »Emptus (c. 1550) per Andream Sandeczensem pro 1/2 marca pro fratribus omnibus ordin. Miechouensis Vijssegradie«; 3. »Ex libraria .....« (locus deletus, Wyszogradensis conventus); 4. »M. Iacobi Vitellij«!

***MAGNUS-CANTRIFUSOR Mathias-Matthaeus** Cantrifusoris Cracovita s. Cracovianus, civis de signo Nałęcz cum crucibus, scholaris et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1525 ad gradum magisterii promotus), expost collegiatus Collegii majoris, s. theologiae bacc. et canonicus ecclesiae collegiatae s. Floriani extra muros Cracovienses, († a. 1542), comparavit libros:

— Gorris. Scotus pauperum. (Tolosae, 1486), 4to. (242, comparavit anno 1531).



— Petrarca. Opera. Basileae, 1496, fol. (1365, emit librum a. 1528 et introligari eum cum suo signo Nałęcz cum crucibus et literis M. C. in scuto curavit a. 1538).

— Idem accepit 10. III a. 1542 dono a mgro Georgio Libano librum:



— Altissiodorensis. Aurea summa in Sententiarum libros. Parisiis, s. a., (1500?), fol. (2307, liber cum exaratis in tegumento Leone in scuto, signo introligatoris Cracoviensis, Joh. Lwowecensis, et s. Ursula, signo alius studentis et librorum ligatoris Cracoviensis).



Magnus Magdeburgensis artium mgr., s. theologiae et medicinae dr.: v. Hundt Magnus (58 sq.).

MAHOMET imperator:

— Epistolae Magni Turci, a Laudino equite Hierosolimitano editae, cum praefatione Joh. Maji, mgri Liptzensis. S. l. & a., (Lipsiae, 1488 septimo Kalendas Martii), 4to, ff. nn. 16, sign. aij—typ. goth.

Incun. *226* (218), cf. Hain *10·507*. - compactus libellus cum 14 aliis libris 232), olim κτῆμα mgri Bromirski, postea Nic. Dąbkowski et cujusdam Orzycki, a dem mgri Temberski.

— v. Sylvius Aen. (86 sq.).

Mahomet propheta (Machmet humet): v. Eibus (446); Schedel dr.

Mahometani (Maumethi), v. N Joh. mgr. (355).

Maino (de) Jason juris utri dr. excellentissimus, v. Majnus Ja

Maioranis (de) Franciscus Minorum, v. Majronius Franc.

MAJLLARDUS Oliviera din. Minorum, s. Scripturae int eximius, professor veneratissimu non praedicator verbi Dei celeberi

— Sermones de Adventu, Pr declamati. Lugduni, terse impr. Joh. de Vingle, 1498, 4to, ff. nu et nn. 6, sign. aij—aaiij, typ. cum literis init. florent.

Incun. *276*, Hain *10·515 I*. — Una gatus cum 2 Majllardis sequentibus (276 cum adscriptionibus in fronte manus i s. XVII: 1. »Ioannis Zaborowski«; 2. » bliotheca Collegii maioris datus«.

— Sermones dominicales, una aliquibus aliis sermonibus valde bus. S. l. & a., (Lugduni, impr. Joh. de Vingle, 1498), 4to, ff. nu 105, sign. aaij—DDv, typ. goth. literis init. florent.

Incun. *278* (276), cf. Hain *10·515 II*. liber ex legato Joh. Zaborowski, u. s.

— Quadragesimale opus, declar Parisiorum urbe. Lugduni, terse i impr. opera Joh. de Vingle, 1498 ff. num. 111 et nn. 9, sign. Aij—typ. goth., cum literis init. flore icone xylogr. ad calcem, exhibens gnia impressoris Jehan. de Vingl

Incun. *277* (276), Hain *10·515 III*. ex legato Joh. Zaborowski, u. s.

MAJMONIDES Mojses Ju rabi et medicus:

— Aphorismi medici secundu ctrinam Galieni, una cum Aphc Johannis Damasceni. Aphorismis et Pronosticis Ypocratis, quae f

ı in suo sepulchro in capsa ebur-
ıononiae, impr. diligentissime im-
Benedicti Hectoris, librarii, opera
'latonis de Benedictis, stampatoris
tissimi, 1489, 4to, ff. nn. 158, sign.
iii, typ. rom.

ı. *308*, Hain *10·524*. — Liber passim
ıscriptionibus dris Nicolai Procopiadis.
ain nomen antiqui hujus libri possesso-
ratum olim in margine f. ai, posteriore
, nescitur tamen quando, derasum.

Aphorismi rabi Moysi. (Hoc in
ıne continentur ..... Aphorismi Jo.
ıceni, Liber secretorum Hippocra-
usdem liber, qui dicitur Capsula
ıa et alia ejus opuscula, liber (!)
De cura lapidis). S. l., (Venetiis),
to et expensis Octaviani Scoti,
Modoetiensis, impr. per Bonetum
llum Bergomensem, 1497 die se-
mensis Octobris, fol., ff. num. 48,
A_2—I_3, typ. goth.

ı. *568*, cf. Hain *13·893 II*. — Una in-
ıs libellus cum Averroe (568—569), olim
ollegii majoris.

Aphorismi rabi Moysi. (Hoc in
ne continentur ..... Aphorismi
'amasceni, Liber secretorum Hip-
s, ejusdem liber, qui dicitur Ca-
ıburnea et alia ejus opuscula, li-
Zoar De cura lapidis). Venetiis,
ıer mgrum Joh. Hertzog de Lan-
lamanum. 1500 die vero 10 Ja-
fol., ff. num. 48, sign. A_2—I_3,
ıth.

ı. *491* (489), cf. Hain *13·905*. — In uno
ı compactus libellus cum 2 aliis libris
91), comparatus a. 1520 per Nic. Wie-
mgro Nic. Procopiade.

·. Rhases (1296 sqq.).

JNUS Janson de Mayno Me-
nsis, eques romanus, juris utrius-
. excellentissimus:

)ratio nitidissima in matrimonium
iliani regis et Blancę Marię, re-
omanorum, cum epithalamio Se-
i Brant. Basileae, Kalend. De-
1493 (1493/94), 4to, ff. nn. 14,
ij—biiij, typ. rom.

. *71*, Hain *10·972*. — Libellus quondam
tus ... ete ... a-
culis, ex legato mgri Sommerfeld-Aesti-
i, olim cum ejus autographo in fronte
s. Johannis Sommerfelt

— Oratio habita apud Alexandrum
VI, pontificem Maximum, 1492. Impres-
sum Lyptzk, s. a., 4to, ff. nn. 10, sign.
Aij—Bij, typ. goth.

Incun. *163* (161), Hain *10·977*. — Una cum
4 aliis liga-
tus libellus
(161—165),
olim κτῆμα
mgri Mich.
Wratislawi-
tae, cum ejus autographo. mgri Michaelis Wrat[islaviensis]

— v. Dares Phryg. (42).

MAJOLUS Laurentius Genuen-
sis, philosophus et medicus:

— De gradibus medicinarum. Vene-
tiis, (impr. Aldus Manutius), 1497, 4to,
ff. nn. 51, sign. Aii—Giiii, typ. rom.,
cum figuris xylogr.

Incun. *68*, cf. Hain *10·528*. — Liber tempo-
ribus dris Muczkowski iterum vestitus, quondam
κτῆμα »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— De conversione propositionum cu-
juscunque generis secundum peripate-
ticos. Venetiis, in domo Aldi Romani
mense Julio M.iii.D. (1497), 4to, ff. nn.
72, sign. aii—iiiii, typ. rom.

Philos. *2771*, cf. Hain *2191 III*. — Olim
κτῆμα Collegii majoris, s. XIX de novo vestitum.

— Epiphyllides in dialectis. Venetiis,
impr. Aldus Manutius, s. a., 4to.

Incun. ?, cf. Hain *2191 II*. — Temporibus
dris Bandtke VII. 4. 22 a. signatus liber hodie
desideratur.

MAJRONIUS Franciscus Ma-
ronis de Majoranis seu Mayronis ordin.
Minorum, discipulus Scoti, s. theologiae
acutus et illuminatus dr. atque elegan-
tissimus professor:

— Sermones de tempore, cum qua-
dragesimali. Venetiis, diligentissime ac
summo studio impr. per Bernardinum
de Novaria, 1491, 4to, ff. nn. 18 et num.
196, sign. A_2—9_3, typ. goth.

Incun. *283*, Hain *10·530*. - Una cum 4 aliis
compactus liber (283—287), ex legato dris Mich.
Sternberg de Lgota Olsnensis pro libraria arti-
starum. »Oretur pro eo«!

— Sermones de sanctis, cum aliqui-
bus tractatibus subtilissimis et utilissi-
mis pro praedicandi officio. Basileae,
impr. per mgrum Jac. de Pforezen,
1498, 4to, ff. nn. 10 et num. 259, sign.
aij—Iv, typ. goth., cum litera init. V.
in fronte xylogr.

Incun. *281*, Hain *10·532*. — In uno volumine cum Hibernico a ligatore de signo Aquilae sine corona in circulo compactus liber (281—282) et temporibus dris Bandtke O. IX. 8 a. signatus, ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo in fronte »Iohannis Sommerfelt sum«. »Oretur pro eo«!



— — Item, Basileae, impr. per Jac. de Pforczen, 1498, 4to, u. s.

Incun. ?, Hain *10·532*. — Temporibus dris Bandtke O. IX. 7 a. signatus liber hodie desideratur.

— Scriptum super Imum Sententiarum. Trivisiae, feliciter impr. per mgrum Mich. Manzolo de Parma, 1476, fol., ff. nn. 244, sign. a_2—bb_3, typ. goth.

Incun. *1266*, Hain *10·534*. — In fronte libri (f. vacuo ante textum) antiqua manu: »Ffranciscus Moronius Super primo dris Bernhardi (Mikosz) de Nissa, detur pro libraria theologorum«.

— Scriptum Imi Sententiarum, qui alias Conflatus intitulatur. Basileae, impr. per Nicol. Kesler, 1489, fol., ff. nn. 226, sign. a_3—S_5, typ. goth.

Incun. *512* (511), Hain *10·535*. — Una introligatum Scriptum cum 2 aliis operibus (511—513), quondam »Liber mgri Martini (Biem) de Ilkusch, collegiati maioris Collegy Cracouiensis ac magistrorum inquisitissimi viri«, cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in rhombo, signo ligatoris.



— — Item, Basileae, impr. per Nic. Kesler, 1489, fol., u. s.

Incun. *1267*, Hain *10·535*. — Exemplar cum literis init. depictis (lit. C. in fronte nitide depicta et deaurata), olim κτῆμα Collegii majoris.

— — Item, Basileae, impr. per Nic. Kesler, 1489, fol., u. s.

Incun. *1949* (1948), Hain *10·535*. — Una compactum exemplar cum s. Aquinato (1948—1949), ex legato mgri Sommerfelt-Aesticampiani, cum ejus autographo in fronte voluminis. »Oretur pro eo«!

— — Item, Basileae, impr. per Nic. Kesler, 1489, fol., u. s.

Incun. *2066*. Hain *10·535*. — Exemplar cum litera init. C. depicta, cum adscriptione in fronte: ».... (locus mucore et aqua corruptus) par cobi Fridel de Kleparz), legatus pro libraria logorum .....«.

— Passus super Universalia et p dicamenta Aristotelis, v. Dorbellus Orbellis (1382 sq.).

Majus Johannes mgr. Lipsiensi Mahomet imper. (226).

MAJUS Junianus Parthenop eques et orator clarissimus:

— De priscorum verborum pro tate. Tarvisiae, impr. per Bernar de Colonia, 1477, fol., ff. nn. 330, a_2—ll_5, typ. goth.

Incun. *1823*, Hain *10·540*. — Liber gato dris Mich. Wratislawitae, cum ejus autographo in fronte.

— — Item. Tarvisiae, impr. per I de Colonia, 1477, fol., u. s.

Incun. *1824*, Hain *10·540*. — Ex legat Mikosz Cracovitae a. 1528, cum talibus ad calcem adscriptionibus: 1. manus s. XV literis slavicis: »АДЕ ЛИБЕР« (Ade libe ejusdem manus: »Certe sum Ade Lithuan item slavicis literis: »Книга Адамова I бовича съ Котьри (Kotrensis de Kotra) c твы зъ волоси городенское Зьброшкова żek) брата, емуж накладалсьа на наоу Кракова болеи десiать лѣтъ, изь дети ест при щоле (szkole) виленскои ласка валcя, небощик кнiазь Iондрѣй (Świrski), ды каноник и коустош косьтола ви ского святого Станислава«.

— — Item, Tarvisiae, impr. per de Colonia, 1477, fol., u. s.

Incun. *2195*. Hain *10·540*. — Exempla literis init. depictis et cum adscriptione in riore tegumento manus antiquae »Item iij cis«, quondam κτῆμα Collegii majoris.

— — Item, Tarvisiae, impr. per de Colonia, 1477, fol., u. s.

Incun. *2486*, Hain *10·540*. — Olim »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.« litera init. P. in fronte depicta.

***MAKOWSKI Martinus** Gre scholaris (ab a. 1592!) et artium Cracoviensis, (pro quartali ss. Trin 1603 primae laureae insignia acce existens bacc. comparavit a. 1604 suisque librum:

— Cicero. Epistolarum libri. Venetiis, fol. (2232, olim κτῆμα Joh. Jabłoński et al expost vero mgri Alb. Papenkowii).

***MAKOWSKI Nicolaus** Paul Maków, alias etiam Machowski scr

ris (ab a. 1481) et artium bacc. ;iensis, (pro Quatuor temporibus ;is 1485 ad gradum baccalariatus tus), expost plebanus in Kobylino tki, olim possessor libri:

Verdena. Sermones de sanctis Dormi se- . l., 1493, 4to. (327, expost κτῆμα Roczy- ecclesiae et aliorum).

.KOWSKI Simeon Stanislaus ris et artium mgr. Cracoviensis, et 29. III 1646 artium mgr. et ophiae dr. creatus et renunciatus), ; collegiatus Collegii majoris, con- or ecclesiae cathedralis Cracovien- r. et professor s. theologiae et a. –1682 terdecies rector Universi- Jagellonicae, († a. 1683), legavit ;hecae Collegii majoris librum:

;uetonius. De vita XII Caesarum. Bono- 493, fol. (1575, olim κτῆμα mgri Proszow- mgri Czerski).

Idem fuit olim etiam possessor gatorum librorum:

Appianus. De bellis civilibus. Venetiis, ol. (1052).

'alconia. Carmina. (Basileae, s. a.), fol.

'icinus. De triplici vita. Florentiae, 1490, 53).

Jaleottus. De homine liber. Mediolani, ol. (1054).

lec (de) Johannes artium mgr. ologus Cracoviensis, v. Wacięga anctus.

.LEJ Franciscus de Warta, scho- ab a. ?) Cracoviensis, emit 27. III Cracoviae a quodam laico librum:

Iolkot. Super Sapientiam Salomonis. Spi- 83. fol. (1031, sed eodem die vendidit ngro Crabo pro 6 gr. cum ½ gr.).

leski Valentinus Nicolai, scho- Cracoviensis: v. Malski quidam.

leus Johannes de Malec ad , plebe- le signo annis E- listae, ar- mgr. et gus Uni- itis Ja- icae Cra- isis: v. ga Joh. is de in Malec ad Kęty, sanctus.



***MAŁKINKA Hieronymus** schola- ris (ab a. 1527?, v. »Acta rect.« sub a. 1527) Cracoviensis, ineunte s. XVI possessor libri:

— Bonaventura s. Sermones. Reutlingen, 1484, fol. (770, expost κτῆμα Płocensis Seb.).

MALLEATOR quidam Cracoviensis malleavit exeunte s. XV in uno volu- mine ab introligatore de signo Aquilae sine corona in circulo compactos libros:

— Bonifacius VIII (794); Clemens V (793); Justinianus imper. (792, omnes olim κτῆμα dris Wels Poznanitae). Cujus voluminis tegumentis clavicu- lis Aquilam suam in bracteo et scuto adglutinavit.





Malleoli signum:

— Malleoli minores et majores cum lite- ris I. C. in scutis, signum librorum ligatoris: v. Craco- vita Joh. introlig.





— Malleoli cum cruce, in tegumen- tis librorum exarati: v. Malleolus qui- dam introlig.

MALLEOLUS quidam, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis et librorum ligator de signo Malleolorum cum cruce in scuto, compegit s. XV/XVI libros:



— Tinctor (2044, olim κτῆμα mgri Białkowski); Zerbus (1683, ignoti possessoris, posterius vero mgri L. Piotrowski).

Quorum in tegumentis Malleolos suos cum cruce in scuto exaravit.

Malleolus Felix utriusque juris dr. clarissimus, v. Hemmerlin Fel. (238 sq.).

Malleus maleficarum v. Sprenger- Kraemer (1791 sqq.).

Malmaticum sc. vinum, v. Heidecke de Demmis archipresbyter.

Malogostensis decanus, v. Dilewski Mart. bacc.

Malogranatum v. Regioaulensis Gall. ordin. Cisterciensis (180).

***MALSKI** quidam (Valentinus Nico-

lai Maleski?), scholaris (ab a. 1540?) Cracoviensis, s. XVI possessor libri:

— Hispanus P. Textus et copulata omnium tractatuum. Coloniae, 1490, 4to. (300, posteriore tempore κτῆμα Barthol. Kłodawitae et aliorum).

Malvasinus archiepiscopus v. Musurus Marc. Cret.

Mammotrectus super Bibliam (Hain 10·551 sqq.): v. Interpretationes (!); Marchesinus Joh. (1820 sqq.).

MANCINELLUS Antonius Veliternus, orator et poëta:

— Scribendi orandique modus. Venetiis, impr. per Bernardinum Benalium, (1493), 4to, ff. nn. 46, sign. aii—iii, typ. rom.

Incun. *279*, cf. Hain *10·591*. — In fronte opusculi diversis manibus: 1. »Sum Mathie Mirosch (Miross) de Curzelow, arcium bacc., 1532«; 2. »Sum Stanislai Iacobei Curzelouiensis, artium bacc., 1563«; 3. »Mgr. Ioannes Broscius Curzelouiensis, a. 1613«; 4. »Ex eius donatione bibliothecae maioris Collegij Vniuersitatis Cracouiensis«; 5. ad calcem vero libri palaeopolonice manu s. XVI: »Casouia, Koszijczo (Koszyce); scuta, tharcza«.

— Scribendi orandique modus. Venetiis, impr. per Sim. Bevilaquam, 1493, 4to, ff. nn. 40, sign. aii—iii, typ. rom.

Incun. *70*, Hain *10·592*. — Liber temporibus dris Muczkowski iterum vestitus.

— Scribendi orandique modus, cum proprietatibus vocuum. Lyptzck, impr. per bacc. Wolfgangum de Monaco, 1500, 4to, ff. nn. 37, sign. Aij —G_3, typ. goth.



Incun. *170* (166). Hain *10·599*. — Una ligatum opusculum cum 5 aliis libellis (166—171), olim κτῆμα Alberti Vetuzoliensis, postea vero bacc. Stan. Wojnicii et mgri Stražyc, cum exarato in tegumentis signo introligatoris, Aquila cum corona in rhombo.

— Lima quaedam, v. Vallensis Laur. de Valla (1451).

— v. Cicero; Horatius; Juvenalis.

MANCINUS Dominicus poëta:

— De quatuor virtutibus et omnibus officiis, ad bene beateque vivendum pertinentibus. S. l. & a., (Lipsiae, 1488), 4to, ff. nn. 46, sine sign., typ. goth.

Incun. *257* (256), cf. Hain *10·631*. — Una compactus libellus cum Ferrarrio (256—257), ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo.

— De quatuor virtutibus et o officiis. Parhisiis, exaratum per dum Philippe, manentem in re Jacobi in diversorio insignis b. secundum Jacopitas, s. a., 4to, 25, sign. aii—diij, typ. rom., c ris init. florent. et signo xylogr. t phi ad calcem.

Incun. *368* (364), cf. Hain *10·633*. — volumine introligatus libellus cum 17 a culis (364—381), ex dono Wojciechi

MANDEVILLANUS Jnes de Mandeville seu de Mo alias etiam Montevillanus nun militaris ordinis Anglicus:

— Itinerarius a terra Angliae tes Jerosolimitanas et in ulteriore marinas. Venetiis impr., s. a., 4to 60, sign. A_8—H_8, typ. goth.

Geogr. *859*, Hain *10·644*. — Itinera poribus dris Bandtke denuo vestitus.

MANEKEN Carolus Stu noniensis mgr., alias etiam Men Menninchen, Carolus Virulus a Karolus vocatus:

— Formulae epistolarum dni ex Epistolis familiaribus M. T. nis et Aeneae Sylvii, poëtae l extractae. S. l., exaratae 1490, nn. 6 et num. 78, sign. Aij—Aiij miiij, typ. goth.

Incun. *60*. Hain *10·675*. — Quond »Collegij Cracouiensis Soc. Jesu ad s.

— — Item, s. l., 1490, 4to, Incun. *2484*. Hain *10·675*. — Oli Collegii majoris, s. XIX iterum vestitu

— Formulae epistolarum dni ex Epistolis familiaribus M. T. nis et Aeneae Sylvii, poëtae l. extractae. S. l., impr. 1493, 4to, 6 et num. 95, sign. 3—4 et a— goth.

Incun. *61*, Hain *10·679*. — In fron manu s. XVI adscriptum: »Liber pro Leopolitano ordin. Praedicatorum«.

Manfredonia (de) Franciscpuanus, artium et medicinae d mius: v. Purbachius Georg.; S stus de Sacrobosco (895 sqq.).

MANILIUS Marcus mat cus et poëta astronomicus clari

— Astronomicon libri V. S. 4to, ff. nn. 78, sign. aii—kiii, ty

Math. *1205*, cf. Hain *10·702*. — Ol

majoris, in cujus fronte inveniebantur m 2 alia opuscula una ligata, expost vero .

Astronomicon. Neapuli (!), impr. odoc. Hoensteyn, s. a. (1475), 4to, . 79, sine sign., typ. rom.
n. *280*, Hain *10·704*. — In fronte libri um: »M. Manily«.

Astronomicon, cum commento Lau- Bonincontrii. Romae, impr. 1484, f. nn, 101, sine sign., typ. goth.
n. *1543* (1542), Hain *10·706*. — Una Senecae diis com- liber -1543), ex legato mgri Sommerfeld-Aesti- ni, cum ejus autographo.

v. Scriptores astron. veter.

nipulus curatorum: v. Monta- Guido; Płoński Nicol. de Błonie Theol. pol.).


nipulus florum v. Hibernicus Th. sqq.).

aliis (de) Joh. Jac. medicus 10·708 sqq.), v. Manlius Joh. Jac.

NLIUS Christophorus donavit e s. XVII cuidam F., optimo amico ibrum:
Theocritus cum aliis opusculis. Venetiis, fol. (2254).

NLIUS Johannes Jacobus anliis de Boscho Alexandrinus, us:

Luminare majus super descriptio- Antidotarii et practicae Johannis e. Venetiis, impr. per mgrum Al- um Vercellensem, s. a., fol., ff. 94 et 4 nn., sign. a_2—Eij, typ. cum litera F. in fronte florent.
n. *1222*, cf. Hain *10·709*. — Una com- liber cum 2 aliis (1222—1224, quartus em, videlicet »Avicene liber De anima-



expost exsectus). ex legato episcopi To- cum exaratis in tegumentis Leone in scuto Joh. Lwowecensis et Aquila cum corona in scuto, signo alius introligatoris.

MANTUANUS Johannes Baptista Carmelita, theologus et vates excellentissimus:

— In Robertum Severinatem panegyricum carmen, cum aliis quibusdam. Bononiae, expensis Benedicti Hectoris, 1489, 4to.
Incun. *?*, Hain *2394*. — Temporibus dris Bandtke X. XI. 11 c. signatus liber hodie desideratur.

— Ad Lodovicum Gonzalem Hispanum in Robertum Severinatem panegyricum carmen, cum aliis variis carminibus. Bononiae, impr. communibus expensis Benedicti Hectoris, librarii, Platonisque, ejusdem impressoris accuratissimi, 1489 duodecimo Kalendas Augusti, 4to, ff. nn. 50, sign. Ai—Gii, typ. rom.
Incun. *185* (184), Hain *2394*. — Una compactus libellus cum 5 aliis (184—189, olim cum 6, hic vero in fronte postea exsectus), ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo ad calcem voluminis.

— Eclogae, v. Theocritus (1760 Philol. gr.).



Anno 1544 κτῆμα Petri Brański, expost vero dris Jac. Vitellii, in uno volumine compactum cum Theocrito et 6 aliis opusculis, cum exaratis in anteriore tegumento (posterius desideratur) armis Bonarowa in scuto, jam s. XVIII desiderabatur.

Mantuanus juris consultus v. Cataneus Joh. Luc. (36).

Mantuanus Stephanus Ilarius v. Abbanus Petr. dr. (656).

Manuale:

— Manuale parochialium sacerdotum multum perutile. S. l. & a., 4to, typ. goth.
Incun. *?*, cf. Hain *10·725* sqq. — Temporibus dris Bandtke HH. V. 23 i. signatus liber hodie desideratur. Ceterum in chartula Catalogi adnotavit dr. Bandtke: »Iohannis Alberti (Neopolitani) de Noua ciuitate comp. 1 gr.«.

— Manuale parochialium sacerdotum multum perutile. S. l., 1498, (ad calcem f. 10 »Explicit Manuale parochialium a. 1498«, f. 10 v. »Finit Manuale cura-

torum«), 4to, ff. nn. 10, sign. aaij—biij, typ. goth.
Incun. *69*, Hain ? — Donavit a. 1872 Leo Bromirski.

— — Item, s. l., 1498, 4to, u. s.
Incun. *2483*, Hain ? — Olim κτῆμα Collegii majoris, s. XIX iterum vestitum.

MANUTIUS Aldus Romanus, vir doctissimus et typographus celeberrimus:

— De literis et abbreviationibus graecae linguae. Venetiis, 1495, 4to.
Incun. ?, Hain ? — Temporibus dris Bandtke X. X. 33 b. signatus liber hodie desideratur.

Maphaeus Celsus Veronensis, v. Maffeus Cels. (67).

MARCHESINUS Johannes de Marchesino ordin. Minorum:

— Mammotrectus super Bibliam secundum ordinem alphabeti (seu liber expositorius totius Bibliae ac aliorum, quae in ecclesia recitantur). S. l. & a., (Argentorati), fol. maj., ff. nn. 151, sine sign., typ. goth.
Incun. *1820* (1819), Hain *10·552*. — Una introligatus liber cum Petri Montani Brixiensis Repertorio (1819—1820), cum inscriptione in fronte: »2da pars Repertorii Brixiensis pro Collegio maiori«.

— — Item, s. l. & a., (Argentorati), fol. maj., u. s.
Incun. *1822*, Hain *10·552*. — Exemplar cum literis init. depictis, olim κτῆμα Collegii majoris, s. XIX iterum vestitum.

— — Item, s. l. & a., (Argentorati), fol. maj., ff. nn. 144 (ff. 7 ultima desunt), u. s.
Incun. *2619*, Hain *10·552*. — Item exemplar cum literis init. depictis et item olim κτῆμα Collegii majoris, s. XIX denuo vestitum.

— Mammotrectus super Bibliam secundum ordinem alphabeti. S. l. & a., fol., ff. nn. 17 et num. 155, sign. a—v_3, typ. goth.
Incun. *616*, Hain *10·553*. — Liber cum literis init. depictis, ex legato dris Petri Świętopełk de Zembrzyce alias de Nieznanowice pro libraria theologorum. »Oretur pro eo«!

— — Item. s. l. & a., fol., u. s.
Incun. *2485*, Hain *10·553*. — Olim κτῆμα Collegii majoris, cum adscriptione in dorso manus s. XV XVI: »Vocabularius«.

— v. Interpretationes 1182.

***MARCHETTI J.** medicus s. XVII, olim possessor in uno volumine ligatorum librorum:

— Avenzohar. Theicrisi cum Colliget. tiis, 1490, fol. (860).

— Cauliacus. Cyrurgia parva. Venetiis, fol. (861).

— Celsus. De medicina libri. Venetiis, fol. (859).

Marchia v. Schedel dr. (460).

Marchianensis Johannes v. (Joh. fr. (364).

***Marchionalis eremus** s. Jc Camaldulensium in Szaniec, s. XV XVIII possessor librorum:



— Gordonius. Lilium medicinae. Lugduni, 1491, fol. min. (730, s. XVI κτῆμα cujusdam Cracovitae et amicorum, a. 1581 vero Joh. Zaleski, liber cum exarata in tegumentis Vera icone s. effigie Domini nostri Jesu Christi in scuto, signo ligatoris).

— Taranta. Practica, quae alias Phil dicitur. (Lugduni), 1500, 4to. (2383, prius mgri Erasmi Sixti Leopolitae).

Marcus Evangelista sanctus, e: tus in tegumentis libri: v. Missale (4769 b. Theol. pol.).

— Leo s. Marci Evang. in scut gnum libri ligatoris, v. Marcus (Marco introlig.

— v. Aesopus (338); Gratiadei (10·228 Theol.); Talmud.

MARCUS de s. Marco Crac scholaris (ab a. ?) Cracoviensis et l rum ligator de signo Leonis s. Marci Evangelistae in scuto, compegit ineunte s. XVI librum:



— Serapio (1550, olim κτῆμα bacc. Valent. Głupczyc).
Cujus in tegumentis Leonem s. Marci in scuto expressit.

Marcus Stanislaus Cracovita, l rum ligator (?) s. XVI, (a. 1585 c v. Marcusowa dna.

***MARCUSOWA dna** vidua, r olim Stanislai Marcus (librorum li ris Cracoviensis?), vendidit 1. V a. pro uno thalero mgro Nic. Paneti Czerwieńsko librum:

...iblia s. latina, pars II. (Basileae, 1498), ...4, liber cum exaratis in tegumentis Aquila



...rona in circulo et Aquila cum corona in ...ignis introligatorum).

...rennius Stanislaus Gregorii de ...nino, alias etiam paterno nomine ...ly nuncupatus, scholaris (ab a. ... et artium mgr. (ab a. 1566?) Cra...sis, expost collegiatus Collegii ma...canonicus ecclesiae s. Floriani Kle...nsis et s. theologiae sententiarius, ... et poëta, »vir in hebraea lingua ...versatus, in graeca excellens«, († ... 1580, hoc est feria 6 post Exal...s Crucis): v. Copulata (585).

Idem mgr. Marennius moriens, le... testamentaliter Collegio majori: ...aureos nummos quinquaginta, item omnem ...brorum supellectilem, aliquot libris ex...quos templo Marenniorum una cum ca...latina argenteis deauratis, et ampullis iti...genteis atque superpilicio et aliis, ad lau...omnipotentis Dei et decus templi patriae ...navit (»Regestrum supell.«.): ...us animae Deus sit misericors eamque ...t in requiem aeternam, Amen«!

...rgarita Davidica:

...Margarita Davidica seu expositio ...rum, ex ss. Hieronymo, Augu...ac Cassiodoro sumpta, secundum ... s. theologiae exponendi modos, ...icum, tropologicum, allegoricum ...toricum sive literalem. S. l. & a., ...stae Vindel., impr. Günth. Zainer), ... nn. 3 et num. 2—122, sine sign., ...oth., cum literis init. xylogr. ...1. *654*, Hain *10·754*. — Margarita ex ...ris Petri Świętopełk de Nieznanowice, de novo vestita.

...rgarita Decretalium:

...Annotationes sive reportationes ...ritarum omnium Decretalium, se...n alphabeti ordinem (alias Mar... Decretalium), cum versiculo Se...i Brant. S. l. & a., (Basileae, impr. Nicol. Kessler), fol., ff. nn. 41, sign. aij—giiij, typ. goth.

Incun. *2579*, Hain *10·755*. — In fronte libri, temporibus dris Mucskowski iterum vestiti, antiqua manu: »Item vidi rem satis inauditam et stupendam a. Dni 1501 tercia Aprilis. Prope oppidum Zeleucij (Zeles) in Hungaria castrum quoddam situm est, ad quod .....«.

— Margarita Decretalium, secundum ordinem alphabeti, cum versiculo Sebastiani Brant. S. l. & a., (Basileae, impr. Nic. Kessler), 4to, ff. nn. 56, sign. A_2—I_5, typ. goth.

Incun. *1825*, Hain *10·756*. — Una cum Charnotensi ligatus liber (1825—1826), olim κτῆμα Joh. Jaraczewski.

Margarita Decreti v. Polonus Mart. ordin. Praed. (4665 Jus pol. sqq.).

Margarita doctorum v. Gallensis-Vallensis Joh. (267 sq.).

Margarita poëtica v. Eibus de Eyb juris utriusque dr. et cubicularius papalis (446 sqq.).

Maria Cleophae icon chalcogr., v. Familia ss.

Maria hilf exaratum in tegumentis librorum, v. Durantus (921 sqq.).

Maria Salomae icon chalcogr., v. Familia ss.

Maria Sancta (de) Paulus theologus (Hain 10·762 sqq.), v. Burgensis Paulus (1413).


Maria Virgo sanctissima:

— Mater Dei cum Infantulo. S. l. & a., (impr. s. XV), 4to, (12·3×18·7), imago xylogr. (sinistra Mariae manus cum 6 digitis!).

Xylogr. (V. 39. T 1., 21. b.), sine ulla inscriptione neque subscriptione, olim κτῆμα Collegii majoris.

— Carmen ad bb. V. Mariam (a. 1575 manuscriptum): v. Ostrzensis Georg.; Voraginensis (1153).

— Beatissima Virgo Maria cum Infantulo, expressa in tegumentis librorum, signum scholaris et librorum ligatoris Cracoviensis ineuntis s. XVI: v. A. H. scholaris et introligator de signo Aquilae cum corona in scuto.



— — Item bb. V. Maria cum Infantulo, exarata in tegumentis librorum: v. Albertus M. (1805 sqq.); Aquinas s. (1893 sqq.); Aristoteles (598 sqq.); Auximanus (1421); Bernardus s. (1804); Burlaeus (810); Cicero (867); Gellius (2239); Gerson (1806); Gobius (1803); Harderwicensis (1379 sq.); Ingenuus (1256); Lucanus (1219); Parisiensis W. (2190 sqq.); Politianus (1420); Probus (866); Rampigollus (756); Sallustius (1404); Statius (2251); Trapezuntius (865); Venetus (1403); Versor (1659).

— — Item bb. V. Maria cum Infantulo et sceptro, exarata in tegumentis librorum: v. Aquinas s. (1639); Sermones (1558); Versor (1636 sqq.).

— — Item bb. V. Maria sine Infantulo, exarata in tegumentis librorum: v. Florentinus A. s. (2132); Ptolemaeus (1433).

— — Item bb. V. Maria cum et sine Infantulo, icon xylographica et depicta: v. Missale Crac. (4942 Theol. pol. sqq.); Missale Wrat. (4943 Theol. pol.).

— Nomen bb. V. Mariae cum nomine Jesu Christi in scutis, signum Cracoviensis typographi seu librorum impressoris: v. Zainer Guenth.



— v. Annunciatio; Aquinas s. (1896); Bellovacensis (747); Bernardus Carth. (124); Bonaventura s. (748); Constitutiones (175); Corona (1788 sq.); Familia ss.; Lascaris (2890 Gramm.); Laus; Legenda; Lullus R. (1455); Murner Th. (1531, Scotus); Nassoviensis Ad.; Niavis P. (75); Novocastrensis; Plateanus Fr.; Rupensis (1857); Saxoferratensis (2213); Senensis Bern.; Solitarius; Translatio; Tres reges; Zainer Guenth.

Marienburgensis Jacobus artium bacc. Cracoviensis, v. Borkeman Jac.

***MARINUS Callistus** Pisaurensis s. XVIII/XIX possessor libri:

— Plateanus. Opus restitutionum. Paduae, 1473, fol. (2214).

MARLIANUS Johannes Mediolanensis, artium et medicinae dr., physicus ducalis, sua aetate philosophorum et medicorum princeps:

— De proportione motuum in velocitate. Papiae, impr. per Damianum de Conphaloneriis de Binascho, 1482, fol., ff. nn. 28, sign. a_2—d_2, typ. goth.

Incun. *1272* (1271), cf. Hain *10·772*. — Una compactus libellus cum Nigro et Marliano sequenti (1271—1273), cum adscriptione manus antiquae in fronte: »Clipeus Thomistarum (!) dris olim Mathie Shidlov (Szydłowitae), pro libraria majoris Collegij donatus, qui obijt a. Cristi 1519 die s. Thome« (21. XII).

— Disputatio cum medico, mgro Johanne (Herculano) de Arculis, in diversis materiis ad philosophiam et ad utramque partem medicinae pertinentibus. S. l. & a., (Papiae, impr. Damianus Confalonerius, 1482), fol., ff. nn. 81, sign. a_2—l_4, typ. goth.

Incun. *1273* (1271), cf. Hain *10·773*. — Item ex dono dris Szydłowitae, u. s.

Marlianus Johannes Albertus poëta, v. Plautus M. Asc. (1970 sq.).

Marmita Gellius Bernardinus commentator, v. Seneca L. Ann. (1544 sq.).

Maroccanus rabi (Hain 14·261 sqq.), v. Judaeus Samuel rabi (317 sq.).

Maronis Franciscus ordin. Minorum, v. Majronius Franc. dr.

Marsilius Ficinus Florentinus, Platonicus eloquentissimus (Hain 7059 sqq.): v. Ficinus Mars. (1257 sqq.).

Marsilius de Inghen dr. praestantissimus (Hain 10·780 sqq.), v. Ingenuus Mars. (1128 sqq.).

Marsilius de Sancta Sophia v. Forlivius Jac. (1499).

Marsus Petrus commentator: v. Cicero M. T. (885 sqq.); Ovidius (1299); Silius Ital. (1554).

Marta (de) Johannes artium mgr. et theologus Cracoviensis, v. Wacięga Joh. sanctus.

MARTIALIS Marcus Valerius poëta:

Epigrammatum libri, cum comario Domitii Calderini Veronensis. tiis, impr. per Bapt. de Tortis, 1485, ff. nn. 172, sign. aii—yiii, typ. rom. nn. *1264*, Hain *10·819*. — Olim κτῆμα ii majoris.

v. Calderinus Dom. (852).

rtiniana tabula v. Polonus Mart. . Praed. (4665 Jus pol. sqq.).

rtinus sanctus equitans in cir-si- civis. n mgri eologi vien-exara- tegu- ejus v. Łv- rt. dr. vita.



RTINUS fr. ordin. Praedicatoscholaris (ab a. ?) Cracoviensis. I/XVII possessor·libri:

Florentinus A. s. Summae theologicae pars netiis, 1480, fol. (2449).

rtinus Polonus ordin. Praedica- (Hain 10·834 sqq.), v. Polonus (4665 Jus pol. sqq.).

RULLA Michael tarchaniota ntinopolitanus:

Epigrammaton liber I et II (manu s. XVI). v. Persius A. Fl. (1545).

zenino (de) Stanislaus artium t theologus Cracoviensis: v. Mas Stan.

ernus Julius Siculus, astrono-. Firmicus Jul. Sic. (1178).

haselanus Matthaeus juriscon- v. Mattaselanus Matth.

heolus Perusinus artium et me- dr. (Hain 10·905 sqq.), v. Pe- Math. (?. hodie desideratur).

THIAS quidam, scholaris (ab a. Cracoviensis, a. 1598 possessor

raginensis. Legendae sanctorum. Nole, 1482, fol. (2310).

TLA Adam Nicolai Cracovita, is (ab a. 1512) et artium mgr. iensis, (ineunte a. 1519 ad gradum magisterii promotus), expost collegiatus Collegii minoris, juris utriusque dr. et professor atque senior bursae canonistarum, comparavit a. 1523/24 pro 22 gr. librum:

— Tortellius. Commentariorum grammaticarum libri. Venetiis, 1484, fol. (1109).

— Idem fuit etiam possessor (?) una ligatorum librorum:

— Bonifacius VIII. Sextus Decretalium. Norimbergae, 1486, fol. (796).

— Clemens V. Constitutiones. Norimbergae, 1486, fol. (797, ambos restituit ipsi 13. XII 1537 bacc. Tatarus, ambo in uno volumine compacti,



cum exaratis in tegumentis bb. V. Maria cum Infantulo, s. Ursula et s. Olao cum halabarda).

MATTASELANUS Matthaeus jurisconsultus Bononiensis, alias etiam Mathaselanus scriptus:

— Singularia in causis criminalibus, v. Pontanus Lud. (1802).

Matthaeus Evangelista sanctus: v. Aesopus (338); Gratiadei J. B. (10·228 Theol.); Talmud.

Maturantius Franciscus Perusinus: v. Cicero; Statius P. P.

Maumethi (Mahometani), v. Nannis Joh. ordin. Praed. (355).

Maurus Servius Honoratus grammaticus, v. Servius M. H.

MAXIMIANUS philosophus atque orator clarissimus:

— Ethica suavis ac perjocunda. S. l. & a., (Parisiis, cum impressa in fine subscriptione: Maximiani libellus noviter impressus explicit feliciter), 4to, ff. nn. 15, sign. aii—biiii, typ. goth.

Incun. *369* (364), Hain ? — Una compactus libellus cum 17 aliis opusculis (364—381), ex dono Wojciechi Dobiecki.

Maximilianus I rex Romanorum: v. Barbarus Herm.; Locher; Majnus Jans.

Mayno (de) Jason utriusque juris dr. excellentissimus, v. Majnus Jans.

Mayronis (de) Franciscus s. theologiae dr. acutus, v. Majronius Franc.

Mazowiensis ducatus & dux s. herzog Alexander & Ziemiowit, v. Reichenthalensis (1968).

Mazowiensis physicus v. Zimoszarski Balth. dr.

MECHILINIA **Johannes** de Mechlinia, artium mgr. et s. theologiae dr. dissertissimus:

— Utrum perfecta Dei opera possint impediri demonis malicia, determinatio habita in Universitate Coloniensi: v. Paradisius Jac. de Clusa (33).

— v. Aristoteles (591 sqq.).

MECKENLOCHER **Fridericus** de Wendelstein, decretorum dr., alias etiam Menchenlocher scriptus;

— Casus in terminis Sexti libri Decretalium. Argentinae, impr. per Martinum Flach, 1490, fol., ff. nn. 69, sign. A_2—K_5, typ. goth.

Incun. *2119* (2118), Hain *10983*. — Liber cum literis init. depictis, una compactus cum 2 aliis (2118—2120, olim etiam cum Mart. Polono 4665 Jus pol.), ex legato Johannis Jarczyński a. 1686, quondam tamen κτῆμα canonici Wydzierzowski et (ab a. 1595) notarii Racieński.

Media villa (de) Richardus ordin. Minorum (Hain 10984 sqq.), v. Middleton Rich. dr. (1462 sqq.).

*MEDICUS quidam Cracoviensis de signo proprio, exeunte s. XV possessor libri:



— Avicenna. Canonis liber III & IV. (Argentorati, 1469/70), fol. (2116, liber cum exarato in tegumentis proprio possessoris signo in circulo).

Medicus Johannes Medici Wratislawita, v. Patzkar Joh. mgr.

Mediolanenses medici et physici: v. Ferrarius Joh. Math. de Gradibus; Lanfrancus; Magninus; Mundinus.

Mediolanensis archiepiscopus v. Ambrosius s. (477 sqq.).

Mediolanensis Bartholomaeus de Mediolano de Chaimis ordin. Minorum, v. Chaimus Barth. (5211 a. Theol. sq.).

Mediolanensis Bernardus e pitaneis de Landriano, v. Ubaldus dr. (685).

Mediolanensis Boninus M tius, translator: v. Hesiodus; Th tus (1760 Philol. gr.).

Mediolanensis Eusebius Con canonicus regularis Lateranensis: gustinus s. (6522 e. Theol.).

Mediolanensis Johannes p phorum et medicorum princeps, v lianus Joh. (1272 sq.).

Mediolanensis Johannes Ant juris utriusque dr., v. Georgiensi Ant. (556).

Mediolanensis juris consult cellentissimus Jason, v. Majnus J.

Mediolanensis Michael ordi norum, v. Carchanus Mich. (293

Mediolanum:

— Mediolani typis impressum quod »Polonicum« dicitur: v. Sc zeler Ulder. typographus.

— v. Polonica.

— Mediolanum (civitas Medio Statuta (767).

Meditationes:

— Meditationes devotissimae sacratissimam passionem Domini Jesu Christi. S. l. & a., (Mediolani, impensis Leonardi Pachel de Alai 1488), 16mo, ff. nn. 60, sign. a typ. goth., cum literis init. florent

Incun. *2086* (2085), Hain ? — Una ctus libellus cum Gersone (2085—2086), gato episcopi Krasiński, quondam κτῆμα siensium, postea vero Camilli Montani.

Medlicensis monachus ordin. nedicti, v. Rosenhaim Petrus.

Medulla super evangelia dom lia, v. Parmensis Ant. (522).

MEFFRETH:

— Sermones Meffreth alias O (Hortulus) reginae de sanctis. S. l fol., ff. nn. 197, sign. A_2—$§_4$, typ.

Incun. *1681* (1679), Hain *10999 III*. ber cum literis init. depictis, una cum feris compactus (1679—1681), ex lega Świętopełk de Zembrzyce.

Megarensis Theognides Sicul Theognides Meg. Sic.

L Caspar Johannis Wratisla- scholaris (ab a. 1507) et artium Cracoviensis, (ad Quatuor tem- Pentecostes a. 1512 ad gradum rriatus promotus), a. 1511 pos- libri:

acrobustus de Sacrobosco. Opus sphaeri- enetiis, 1499, fol. (1436, expost κτῆμα th. Bonikowski).

a Pomponius: v. Barbarus Herm. sq.); Venetus (1033).

LBER Johannes de Gerolz- mgr. Venerabilis:

Wocabularius (!) praedicantium. iit Wariloquus (!) idem vocabu- versimode acceptum varie theu- ido exprimens, praedicatoribus bile enavigium, compilatus ex ibus auditis et conscriptus sub Iodoco Eichmin de Kalw, eximio famosissimo verbi Dei praedi- in Heidelberga«). S. l. & a., (c. 4to, ff. nn. 172, sign. a_1—z_4, typ.

a 716, cf. Hain 11·032. — In fronte ilcem libri diversis manibus: emptus 24 gr. denarys« (s.); 2. »Liber d. (ni?, dris?) i de Grenicia« (s. XVI), cum elineato ibidem signo ejus Ostoja cum ; 3. »Ex libris ecclesiae ..... (locus de- loviensis« (s. XVII/XVIII).

LISSA Pythagorea:

Epistola, graece: v. Musurus M.

lerstat Martinus mgr. Lipsien- Novovillanus Arn. (347).

lifluus dr. v. Bernardus s. Cla- nsis (725 sqq.).

ckenlocher Fridericus decre- dr., v. Meckenlocher Frid.

ghus medicinae dr. praeclarissi- . Blanchellus Mengh. (291 sq.).

ninchen Carolus (Meningken, igken), v. Maneken Car.

RBOTH Nicolaus Nissanus, ca- s Wratislawiensis (jam a. 1471/72) laris (ab a. ?) Cracoviensis, olim or libri:

mbrosius s. Opera. I. Basileae, (1492), , expost κτῆμα mgri Csepel).

. Cicero (?, Hain 5238).

carius (de grammatica), v. Ca- Marc. (849).

Mercurius Trismegistus v. Her- mes (2292 sq.).

Mergus Nicolaus Nissanus, artium mgr. et canonista Cracoviensis: v. Tau- dem Nic. dr.

Mersia Bartholomaeus Mantuanus, vir eruditissimus: v. Curtius Q. R.; Dio- dorus Sic.; Ovidius (2244 sqq.).

MERULA Georgius Alexandri- nus, grammaticus et historicus:

— Commentarii in Sapphus Episto- lam et Ovidii De pulice, De remedio amoris et De nuce. Venetiis, impr. per Baptistam de Tortis, 1481 die xv De- cembris, fol., ff. nn. 26, sign. i—liiiii, typ. rom. et graecis.

Incun. 1833, Hain 12·213 II. — Quondam a li- gatore de signo Aquilae cum corona in circulo una cum alio compactus liber, (alter hic vero in fronte postea exsectus), cum adscriptionibus in fronte et ad calcem di- versarum s. XVI ma- nuum: 1. »Nicolaus Be- dlenszkij«; 2. »Sum Io- annis Kolaczkowszkij et amicorum«. Ceterequin passim adscriptae glos- sae palaeopolonicae: »manubrium, sąkoiesca«, »patronus, opiekalnijk«, »aluta, samsch« .....



— v. Cicero; Galeottus Mart. Nar- niensis; Ovidius; Plautus.

Messaniensis Andreas Siculus, v. Barbatia Andr. dr. (1487).

MESUA Johannes Mesue Dama- scenus, medicus:

— Opera, videlicet De consolatione medicinarum, Aggregatio, Antidotarium &c., cum complemento et additionibus dris Francisci Pedemontii, Antidotario Nicolai et libro Servitoris Bulchasin. Venetiis, impr. accuratissime opere (!) et impensis Rainaldi Novimagii Theuto- nici, 1479, fol., ff. nn. 391, sign. a_2— G_4, typ. goth.

Incun. 1248, Hain 11·108. — Liber cum li- teris init. depictis (lit. I. in fronte nitide depi- cta), et cum adscriptionibus in fronte diversa- rum manuum ineuntis s. XVI: 1. »Liber olim mgri Alberti (Krypa) de Schamotuly, medicine dris, dandus pro libraria maioris Collegij«; 2. »Bibliothece Study Cracouiensis«; 3. manus s. XVII/XVIII: »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Opera omnia, cum complemento

et additionibus dris Fr. Pedemontii, Petri Apponi, Antidotario Nicolai ac libro Servitoris Bulchasin. Venetiis, impr. sumptu et impensa Dionysii de Bertochis de Bononia, 1484/85, fol., ff. nn. 293, sign. a_2—kk_4, typ. goth.



Incun. *1249*, Hain *11·109*. — Liber cum literis init. depictis, olim κτῆμα »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«, cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in scuto, signo introligatoris.

— Aphorismi medici: v. Majmonides; Manlius J. J. de Boscho; Rhases.

Methodius episcopus, sanctus et martyr (Hain 11·119 sqq.): v. Partinensis Meth. (9596 Theol.).

Metis impensis Johannis Haller Cracovitae a. 1501 impressus liber: v. Albertus M. (252 Philos. pol.).

Metrica studiosorum Universitatis Cracoviensis antiquissima, liber manuscriptus, cum exaratis in tegumentis Malleolis cum literis I. C. in scuto: v. Cracovita Joh. librorum ligator.



Metulinus Johannes Vinc. Aquit., expositor: v. Bethuniensis Ebr. Graecista (946).

***MEŻEŃSKI Jacobus** Stanislai, scholaris (ab a. 1549) Cracoviensis, a. 1552 possessor libri:

— Plutarchus. Vitae illustrium virorum, I & II. (Argentorati, c. 1472), fol. (2025, legavit librum pro contubernio pauperum).

***MICHAŁOWSKI Johannes** Bartholomaei de Michałów seu de Michałowice, scholaris (ab a. 1472?) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1484 ad gradum magisterii promotus), expost collegiatus Collegii majoris, s. theologiae baccalarius et canonicus ecclesiae collegiatae s. Floriani Klepardiensis, († 1512 paralisi), olim possessor librorum:

— Copulata totius Novae logicae. (Coloniae), s. a., fol. (2344, expost κτῆμα aliorum).

— Gregorius I. Super Cantica cantiorum. Basileae, 1496, 4to. (1771).

— — Super Ezechielem. Basileae, 1496, 4to. (1770).

— — Dialogorum libri. Basileae, 14[…] (1772).

— — Pastorale. Basileae, 1496, 4to.

— Herbipolensis. Psalterium. (Herbi[…] 1478/79), fol. (812).

— Hibernicus Th. Manipulus florum. Venetiis, s. a., 4to. (2011, liber cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in scuto, signo scholaris et ligatoris Cracoviensis).



— Pfeffer. Directorium sacerdotale. S. l., (1482), fol. (1985, in lumine compactus cum Pfeffero seqnenti Turrecremata, 4913 a. Theol. pol., u. i.).

— — Tractatus de materia indulge[…] S. l., (1482), fol. (1986).

— Polonus M. Margarita Decreti. S. fol. (2512).

— Turrecremata. Explanatio in Psalterium. Cracis, (1475), fol. (4913 a. Theol. pol., una ligatus liber cum Pfefferis, 1985—1986, cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in eclipsi, signo scholaris et introligatoris Cracoviensis).



— Idem accepit ad usum a Martino Pausemo de Ośnica, cu[…] stamenti procurator erat, una libros:

— Bonifacius VIII. Sextus Decretali[…] guntiae, 1476, fol. maj. (830).

— Clemens V. Constitutiones. Mo[…] 1476, fol. (831).

— v. Formularium (959).

— Idem mgr. Michałowski m[…] donavit etiam domui Collegii m[…]

— Picarium aereum quidem, sed be[…] ratum (»Regestrum supell.«):

»Oretur pro eo«!

***MICHAŁOWSKI Ludovicu[…]** huc inter vivos existens — memo[…] minis ejus vivat in aeternum! — vit mense Augusto a. 1879 bibli[…] Jagellonicae comparatos Romae [...] libros:

— Albertus M. De adhaerendo ve[…] (Esslingae), s. a., fol. (1708).

— Bernardus Clar. Meditationes. (A[…] Vindel.), s. a., 4to maj. (107, olim κτῆμ[…] giensis monasterii).

— Beroaldus. Heptalogos. Bononiae 4to. (1028 Neolat.).

— Cicero. Rhetorica. Venetiis, 14[…] (2229).

— Dictys. De historia belli Trojani tiis, 1499, 4to. (41).

Florentinus P. Paulina praedicabilis. Se-94, 4to. (83).

Herodianus. Historiae romanae libri. Bo-1493, 4to. (5827 Hist.).

Judaeus Abr. Epistola ad rabi Isaac. Tar-. a., 4to. (101).

Miniatore. Formulario de epistole. Vene-87, 4to. (24).

Nestor. Vocabularium. (Venetiis), 1488, 87 a. Gramm.).

Ovidius. Heroides. Venetiis, 1485, fol.

Statius. Sylvae et alia opera. Venetiis, ol. (2252).

— Halberstadtensis. Concordantiae Bibliorum. (Argentorati, 1470?, 1475?), fol. maj. (2026).

— Rickelius. Specula omnis status humanae vitae. Norimbergae, 1495, 4to. (240), liber una ligatus cum Gorichemo praecedenti).



— Tritenhemius. De scriptoribus ecclesiasticis. (Basileae, 1494), fol. (1586, liber cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in scuto, signo scholaris et ligatoris Cracoviensis).

Idem dr. Sacranus Junior fuit possessor libri:



Natalis. Catalogus ım. Vicentiae, 1493, 44, liber cum exı tegumentis Aquila rona in rhombo, siholaris et ligatoris ensis).

.dem »habuit in usu« etiam libros:

onaventura s. Super Imo Sententiarum. a., (Eustadii, c. 1470), fol. maj. (2158, ncessus sibi a dre Kobylinko Seniore).

— Super IIdo Sententiarum. Venetiis, ol. (2162, item liber datus sibi a dre ko Seniore).

Ialesius. Super IIItium Sententiarum. Ve- 1475, fol. (475, item concessus sibi ad itae a dre Kobylinko Seniore).

v. Stoefflerinus-Pflaumen (1861 ; Ursinus dr. (861 Gramm. pol.). tur pro eo«!

Idem dr. Sacranus Junior modonavit etiam domui Collegii arm majoris:

icarium intus et extra deauratum ac in solubilem, ornatum insuper coelestini coo altare in stuba communitatis sito, item marcas pecuniarum pro aedificio librariae (»Regestrum supell.«):

rum beneficiorum Deus sit illi praemium mum«!

CRANUS Stanislaus Johannis vięcim, scholaris (ab a. 1551) Crasis, expost fr. ordin. Praedicatot prior conventus in Oświęcim, a. 1580 pro ıtu Oświęcilibrum:



.lbertus M. Comı theologicae verilmae, s. a., fol. lim κτῆμα fr. Mart. iber cum exarato nentis Jelonek in signo introligatoris Cracoviensis).

CRANUS Thomas de Oświęcim, ris (ab a. ?) Cracoviensis, postea nator Wieliciensis, s. XVI conordin. Praedicatorum Oświęcidono dedit librum:

olonus M. Margarita Decreti. S. l. & a., 37 Jus pol.).

rarius Johannes Junior de On, civis de signo Wieniawa, arngr. et theologus Cracoviensis: v. ıus Joh. dr.

CROBUSTUS Johannes de Sacrobosco Anglicus, clarissimus astrologus:

— Sphaerae mundi compendium contraque Cremonensia in planetarum theoricas delyramenta Johannis (Regiomontani) de Monte regio Disputationes, nec non Georgii Purbachii in eorundem motus planetarum Theoricae. Venetiis, impr. (per Joh. Santritter Helbronnensem) mirifica illa arte, nuper ingenio germanico in lucem prodita, impressione videlicet, 1488, 4to, ff. nn. 69, sign. Aij—Giii, typ. rom., cum figuris astronomicis, icone xylogr. in fronte (f. 1 verso) et literis init. florent.

Incun. *106*, cf. Hain *14·112*. — Liber ex dono Clarissimi Frankowski, cum tali tamen f. Aii manus s. XVII adscriptione: »Collegii Lvblinensis Soc. Iesv«.

— Sphaerae mundi compendium contraque Cremonensia in planetarum theoricas delyramenta Joh. de Monte regio Disputationes, nec non Georgii Purbachii in eorundem motus planetarum Theoricae. Venetiis, impr. mandato et expensis Octaviani Scoti Modoetiensis, 1490, 4to, ff. nn. 48, sign. aij—fiiij, typ. rom., cum figuris astronom. et icone xylogr. in fronte (f. 1 verso).

Math. *1659*, Hain *14·113*. — In fronte libelli propria dris Broscii manu: 1. »Liber iste fuit Illustrissimi dni Petri Myszkowski, epi Craconiensis, et notae in hoc libro manu ipsius sunt notatae, cum adhuc variis scientiis daret operam in Studio Patauino«; 2. »M. Ioannes Broscius Curzelouiensis possidet, 1619«.

— Opus sphaericum, cum tribus commentis Cicchi Esculani, Fr. Capuani de Manfredonia et Jac. Fabri Stapulensis, item cum Theorica planetarum celebratissimi astronomi Georgii Purbachii. Venetiis, impr. per Sim. Papiensem dictum Bivilaquam et summa diligentia correctum, 1499, fol., ff. nn. 149, sign. aii—9_2, typ. rom., cum figuris astronomicis et literis init. xylogr.

Incun. *895* (894), Hain *14·125*. — Una cum Macrobio ligatus liber (894—895), cum adscriptis in marginibus nominibus mensium in lingua palaeopolonica: »sthijczen, luthij, marzecz, cvijeczijenij, maij, czijrvijecz, lijpijecz, szijerpijen, wrzeszijenij, paszdijernijk (!), lijsztopad, grudzijenij«, item cum adscriptis ad calcem (ff. 2½) versiculis latinis sub titulo: »Summarius parwlorum computualium, plurimas in se vtilitates complectens, mgri I. (Adalberti) Brudzeph« (Brudzewii de Brudzewo).

—

— — Item, Venetiis, impr. per Sim. Papiensem dictum Bivilaquam, 1499, fol., u. s.

Incun. *1436*, Hain *14·125*. — Exemplar prius cum alio una compactum (alter hic vero liber postea exsectus), cum adscriptionibus in fronte et ad calcem: 1. »A. S. K. F. S. Casper Mel fon (!) Preslaw (Wratislawita), geschriben am freitagk vor Vnsere liben Frawen geburt (5. IX) im 1511 jar«; 2. »Ex Cathalogo librorum mgri Mathiae Bonikowskj, a. Dni 1610«.

— — Item, Venetiis, impr. per Sim. Papiensem dictum Bivilaquam, 1499, fol., (f. aii desideratur), u. s.

Math. *379*, Hain *14·125*. — In fronte libri (f. aiii): »Ex donatione Rdi Ioannis Zaborowski, praepositi s. Annae, pro mathematicis minoris Collegy«.

— — Item, Venetiis, impr. per Sim. Papiensem dictum Bivilaquam, 1499, fol., u. s.

Incun. *2523*, Hain *14·125*. — In fronte libri diversis manibus: 1. »Sum mgri Martini (Kułap) de Tarnovecz et valeo florenum in auro vngaricalem iusti et boni ponderis«; 2. »Liber mgri Michaelis (Wiślicska) de Vislicza, comparatus 30 gr. a. Dni 1523«; 3. »Collegio Academiae Cracouiensis maiori inscriptus a. Dni 1622«.

— — Item, Venetiis, impr. per Sim. Papiensem dictum Bivilaquam, 1499, fol., u. s.

Incun. *2524*, Hain *14·125*. — Olim κτῆμα Collegii majoris, s. XIX iterum vestitum.

— v. Scotus Mich. (6522 c. Theol.).

Sącz: v. Krosnensis Paul., mgr. et poëta († in Sącz).

***Saganensis** bibliotheca Canonicorum regularium s. Augustini ante a. 1679 possessor libri:

— Polucianus. Constitutiones ordinis de Monte Carmelo. Venetiis, 1499, 8vo. (175, expost κτῆμα colonelli Garnier?).

Salamantina Universitas in Hispania, v. Niger Petr. bacc.

Saleceto (de) Bartholomaeus juris utriusque monarcha, v. Salicetus Barth. dr. (693 sqq.).

Saleceto (de) Guilelmus excellentissimus probatissimusque physicus, v. Salicetus Guil. dr. (1252 sqq.).

Salemo Constantiensis episcopus ordin. s. Benedicti (Hain 14·134), v. Constantiensis Sal. sanctus (1507 sqq.).

***SALEŃSKI Laurentius** Kazimirita, scholaris et artium bacc. Cracoviensis, (?, ad Quatuor tempora Pentecostes a. 1519 ad gradum baccalaureatus promotus), expost plebanus in Zalesie, (?, Salenski = Zaleski?), a. 1548 possessor libri:

— Columna. Super Aristotelis Posteriora libros. Patavi, 1478, fol. (942, expost κτῆμα Pauli Borek et mgri Wrześniani, liber cum exaratis in tegumentis signis introligatorum in scutis, Joh. Cracovitae et socii ejus bacc. Psitaci).




Salernitanum regimen: v. Carmina (32); Regimen sanitatis.

Salernitanus medicus excellentissimus, v. Platearius Joh.

SALGUIS de Salguis, decretorum dr., decanus Parisiensis:

— Ars inveniendi themata commendationesque et sermones ex corpore Decreti in qualibet materia fabricandi. S. l., 1482, fol., ff. nn. 54, sign. a_1—g_8, typ. goth.

Incun. *582*, Hain *14·135*. — Liber cum literis init. depictis, una cum Keisersbergi Oratione compactus (582—583, tertius ad calcem posterius exsectus), ex dono dris Mich. Parisiensis de Bystrzyków.

SALICETUS Bartholomaeus de Saliceto seu de Saleceto Bononiensis, famosissimus legum dr. et juris consultus Pataviensis, juris utriusque monarcha ac excellentissimus legum interpres:

— Lectura aurea super IIda parte ff. (Digesti) veteris. Brixiae, impr. cum privilegio per Ang. Britannicum de Palazolo, qui non modo curavit, ut pulcherrimis sit caracteribus literarum elaborata, verum etiam dilucidissime castigata, 1499, fol. maj., ff. nn. 203, sign. aij—uiij, typ. goth.



Incun. *693* (692), Hain ? - - Una cum Bartolino compactus liber (692—693), ex legato dris Czepel Poznanitae, cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in circulo, signo introligatoris.

— Repetitio super l. Semel mora ff. so. (!) ma., in qua melius, quam alibi,

ur ma. more. S. l., 1486, fol. maj., a. 6, sign. a—b, typ. goth.

ı. *1570*, Hain ? — Olim κτῆμα Collegii s. XIX denuo vestitum.

Repetitio super l. Semel mora ff. ., in qua melius, quam alibi, tra- ma. more. Senis, impr. per Henr. erlem, 1495, fol. maj., ff. nn. 6, A—B, typ. goth.

ı. *1473* (1471), Hain *14·141*. — In uno e a- ıpa- ıllus 1490), ex legato mgri Sommerfeld-Aesti- ıi, cum ejus autographo in fronte.

LICETUS Guilelmus de Sa- seu de Saleceto Placentinus, dr. nae et excellentissimus probatis- ıue physicus:

Summa conservationis et curatio- 'enetiis, impr. 1490, fol., ff. nn. ign. a_1—z_3, typ, goth.

a. *1252*, Hain *14·145*. — Una cum Ke- ntroligatus liber (1252—1253), quondam ris Jacobi Pontificii, postea vero nepotis is Laurentii Pontificii.

— Item, Venetiis, 1490, fol., u. s.

a. *2525*, Hain *14·145*. — Exemplar cum nit. depictis, s. XVI κτῆμα cujusdam I. in fronte libri literas suas rubro colore ıit.

Summa conservationis et curatio- ejusdem cyrurgia. Venetiis, impr. die iiij mensis Junii, fol., ff. nn. ign. a_2—zz, typ. goth.

ı. *1096*, cf. Hain *14·149*. — Ad calcem in ejus tegumento anteriore propriis ırum manibus: 1. »Natiuitas dni Nicolai)sik): natus est die sabbatino in crastino a uirginum (22. X) ante ocasum solis a. 13«; 2. manu exeuntis s. XVI: »Vespa-) Vijszniowskij« (Wiszniowski); 3. »Bi- ae Collegii majoris Univ. Crac.«. Ibidem egumento posteriore adscriptae passim palaeopolonicae: »vijszniowij«, »Do sta- ıljcha .....« (locus corruptus).

LICETUS Guil. & TURRE- MATA Johannes ss. romanae ae cardinalis:

Duo singulares tractatus: De sa- ırporis, quem edidit excellentissi- t probatissimus medicinae dr. G. iceto, et De salute animae, quem ןuodam ac divino magis quam .o artificio composuit cardinalis ırrecremata. Lyptzk, impr. per bacc. Wolfgangum de Monaco, 1495, 4to, ff. nn. 9, sign. Aiij—bij, typ. goth.

Incun. *109*, cf. Hain *14·153*. — Libellus s. XIX iterum vestitus, quondam κτῆμα Collegii majoris.

Salis (de) Baptista ordin. Mino- rum (Hain 14·173 sqq.), v. Trovamala Bapt. (1574 sqq.).

SALLUSTIUS Cajus Crispus historicus atque orator clarissimus:

— Catilina et Jugurtha, cum Justi- niani Romani epistola ad lectorem. Ro- mae, impr. per Joh. Vercellensem et Franc. cognomento Madium, s. a., fol., ff. nn. 27, sign. aii—eii, typ. rom.

Incun. *1404* (1403), cf. Hain *14·193*. — In uno volumine cum P. Veneto et s. Aquinate introligatus liber (1403 —1405, quartus in fronte expost exsectus), cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in scuto, signo ligatoris, item cum exaratis ibidem Jesu Christo (Ecce homo), bb. V. Maria cum Infantulo, s. Barbara et s. Katharina.



— De conjuratione Catilinae et bello Jugurthino. Romae, impr. per mgrum Euchar. Silber alias Franck, 1490, 4to, ff. nn. 140, sign. aii—tiiii, typ. rom.

Incun. *198*, Hain *14·217*. — Liber ex legato episcopi Tomicki a. 1536.

— De conjuratione Catilinae, cum commento Laur. Vallensis, et De bello Jugurthino, cum comm. Joh. Chr. Soldi. S. l. & a., (Venetiis, impr. per Theodo- rum de Regazonibus ab Asula, c. 1490), fol., ff. nn. 98, sign. c—tii (initium de- sideratur), typ. rom.

Incun. *2248*, Hain ? — In chartula Cata- logi adscripsit dr. Bandtke, qui librum de novo introligari fecit: »Impr. Venetiis per Theodorum de Regazonibus ab Asula c. 1490«.

— Liber de conjuratione Catilinae. S. l. & a., (Lipsiae, impr. Jac. Tanner Herbipolensis? an Mart. Herbipolensis Landsperg?, c. 1490?), fol.

Incun. ?, Hain ? — Temporibus dris Band- tke P. II. 45. signatus liber hodie desideratur.

— Liber de conjuratione L. Ser. Ca- tilinae. (Lipsiae), impr. ab Herbipolensi Martino exactissime optimis, ut vides, typis, anno incarnationis decimo supra

millesimum quingentesimumque (! 1510), fol., ff. nn. 21 (finis desideratur), sign. Aij—Diij, typ. goth.

Incun. *2249*, Hain *14·241*. — Quo titulo editor ultimi voluminis Hainii (P.—Z.) editionem hanc Sallustii, a. 1510 typis impressam, sub nro 14·241 inseruisset, non liquet.

— v. Pedianus Q. Asc. (2270); Ursinus dr. (861 Gramm. pol.).

Salomon rex:

— Rex Salomon. S. l. & a., (impr. s. XV), 8vo min. (9·1×12·3), charta lusoria chalcogr.

Chalcogr. (V. 36. T$_4$., 117), charta lusoria exihens regem, cum inscriptione manus s. XVI: »Salomon rex«.

— v. Chartae lusoriae.

Salomon Andreas Emmeramus Cracovita a. 1514, v. Flandriensis (2445).

Salomon Petrus Cracovita, scholaris (ab a. 1456) Cracoviensis et consul civitatis a. 1483 et 1486: v. Florentinus Ant. s. (537 sq.); Sermones Thesauri novi (1555).

Salvis (de) Baptista ordin. Minorum, v. Trovamala Bapt. (1574 sqq.).

Samaiten v. Reichenthalensis.

Samariensis Henricus v. Pauper Henr. de Septimello (377).

Sambarella Franciscus juris utriusque dr. consumatissimus et ss. romanae ecclesiae cardinalis, v. Zabarella Fr. (925 sqq.).

Samboraz (in) plebanus v. Rusocki Mich. mgr.

Samboritanus Martinus de Sambor, artium mgr. Cracoviensis: v. Radymiński Mart.

Samius Aristarchus v. Aristarchus Samius.

Samosatensis philosophus, v. Lucianus Sam.

Samson & Delila:

— Samson & Delila. S. l. & a., (impr. s. XV), 8vo (10·9×14·2), imago chalcogr.

Chalcogr. (V. 35. T 1., 116), imago sine ulla inscriptione aut subscriptione.

Sancta Maria (a) Paulus in theologia mgr., v. Burgensis Paul. (1413 sqq.).

Sancta Sophia (de) Marsiliu Forlivius Jac. (1499).

Sanctae Justae episcopus v. rella Casp. (6201 Medic. sq.).

Sancti Sabini Monte (de) Fa nus advocatus dignissimus, v. M nus Fab. (1567).

SANCTIUS Rodericus H nus, episcopus Zamorensis, Calaga nus et postea Palentinus, dr. juris

— **Speculum vitae humanae.** A stae, impr. a Ginthero Zainer ex tlingen, 1471, fol., ff. nn. 128, sine typ. goth.

Incun. *1856*, Hain *13·940*. — In fro bri: 1. (f. vacuo ante textum) propria po ris manu: »Libellus, continens in se tract qui dicitur Speculum humane vite, quen pro vno floreno in ciuitate Augusta ego phus Petri de Mirzynijecz, ss. canonum et logie dr., protunc canonicus Ploczensis et ordinarius iuris canonici in Studio generali couiensi, a. Dni 1472 (adhuc vivente s. pa mgro Johanne Wacięga de Marta in Mal Kęty!) redeundo de Roma«; 2. manu s. »Hoc (!) sunt (!) libri Iohannis Zakrakowia krakowitae), sacerdotis bone .....« (locu rasus); 3. »Bibliothecae Collegii majoris Crac.«. Ceterum exstat etiam in libris scriptis bibliothecae Jagellonicae sub nro asservatum editionis hujus apographum, ptum a. 1475, olim κτῆμα cujusdam magist scholaris Cracoviensis.

— **Spiegel des menschlichen le** übers. von Hainrich Steinhöwel, d den ertzneyen. S. l. & a., (Aug Vindel., impr. Günth. Zainer), fol. ff. nn. 10 et num. 164, sine sign., goth., cum icone xylogr. (f. 8), bente principes Habsburgenses, et genealogia eorundem principium, cum aliis iconibus et literis init. xy

Incun. *1560* (1559), Hain *13·948*. — I volumine introligatus liber cum opere rechtbuch vulgo Schwabenspigel (1559— cum exarata in anteriore parte tegume scriptione: »Leges imperiales 1533. I. C. gel menschliches (!) Lebens«.

— **Epistola super expugnatione** lae Negropontis a Turchorum prin S. l. & a., (Coloniae, impr. Ulr. fol., ff. nn. 10, sine sign., typ. got

Incun. *580* (578), Hain *13·957*. — Li cum literis init. depictis, una cum 3 aliis pactus (578—581), ex legato dris Gostyni libraria theologorum, ad usum tamen con dri Bernardo Episcopio de suburbio Craco Biskupie.

ncto Amore (de) Wilhelmus ıe Parisiensis dr., v. Defensorium siae (1193).

ncto Bartholomaeo (de) An- s juris utriusque dr., v. Barbatia . (1487).

ncto Caro (de) Hugo ordin. licatorum, cardinalis: v. Carensis (2304 sqq.).

ncto Gallo (de) Sebestianus aris Cracoviensis, v. Grubel Seb.

ncto Geminiano (de) Dominicus onsultus, v. Geminianus Domin. sqq.).

ncto Geminiano (de) Nellus ex- tissimus jurisconsultus, v. Gemi- s Nell. (1490).

ncto Georgio (de) Johannes episcopus, v. Georgiensis Joh. Ant. 56).

ncto Severino (de) Franciscus onsultus, v. Brunus Fr. (1742).

ncto Severino (de) Johannes . legum monarcha famosissimus, zzalupus Joh. Bapt. (1754 sqq.).

ncto Victore (de) Hugo ordin. . s. Augustini, v. Victorinus Hugo sqq.).

.**NDECENSIS Andreas** ordin. ıowiensis (s. Sepulchri Jerosolimi- emit c. 1550 pro $^1/_2$ marca pro ogradensi conventu in uno volu- ligatos libros:

Magninus. Regimen sanitatis. Basileae, 4to. (1827).

Saxoferratensis. Tractatuli. Lipsiae, 1493. 828).

Sylvius. Historia bohemica. S. l. & a., 829, omnes olim κτῆμα dris Petri Swieto- ›xpost vero dris Vitellii !).

ndecensis custos s. XVII libro- possessor, v. Fusorius Barth.

ndecensis praepositus v. Stężv- Sigism. dr.

ndecia: v. Krosnensis Paul., mgr. ›ta († Sandeciae).

.**NDEUS Felinus** Ferrariensis, utriusque lumen, s. palatii aposto- ausarum auditor, juris interpres ntissimus:

Singularis lectura super IVto et Vto Decretalium. Mediolani, impr. per mgrum Uldericum Scinzenzeller, impensis mgri Joh. de Lignano Mediolanensis, cum privilegio in decennium, 1500, fol. maj., ff. nn. 96, sign. aij—piij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte, exhibente angelum scutum tenentem cum nomine ›Johannes de Legnano‹.

Incun. *974* (971), Hain *14·284*. — Una cum 3 sequentibus Sandeis compactus liber (971—974), ex legato dris Czepel Poznanitae.

— Super prooemio Decretalium et titulo Constitutionum admiranda commentaria. Pisciae, impr. impensis Sebast. et Raph. filiorum Jacobi Gerardi de Orlandis de Piscia, 1490, fol. maj., ff. nn. 66, sign. a—l_3, typ. goth.

Incun. *975*, Hain *14·287*. — In uno volumine cum 4 sequentibus Sandeis introligatus liber (975—978 b.), item ex legato dris Nicolai Czepel de Poznania.

— Super prooemio Decretalium et titulo Constitutionum. Papiae, impr. per Joh. Andr. de Boscho et Mich. Geraldum, socios, 1496, fol. maj., ff. nn. 61, sign. aij—l, typ. goth.

Incun. *969*, cf. Hain *14·291*. — Una cum Sandeo sequenti compactus liber (969—970), item ex legato dris Czepel Poznanitae.

— De exceptionibus, de praescriptionibus, de re judicata, de appellationibus (cum inscriptione: ›Felinus de exceptionibus | de prescriptionibus | de re iudicata de | appellatio | nibus |‹). S. l. & a., (Mediolani, impensis Joh. de Lignano, impr. Udalricus Scinzenzeller), fol. maj., ff. nn. 137, sign. a_2—Biiij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte, exhibente angelum cum scuto et literis ›I. O. L. M.‹ (Joh. O. Lignanus Mediolanensis).

Incun. *973* (971), cf. Hain *14·294*. — Item ex legato dris Czepel, u. s.

— De exceptionibus, de praescriptionibus, de re judicata, de appellationibus (cum inscriptione: ›Felinus de exceptionibus | de prescriptionibus de re iu | dicata de appellationibus |‹). S. l. & a., (Mediolani, impr. Udalr. Scinzenzeller), fol. maj., ff. nn. 137, sign. a_2—Biiij, typ. goth.

Incun. *1566*, cf. Hain *14·294*. — Una ligatus liber cum F. Montano (1566—1567, tertius in medio posterius exsectus), item ex legato dris Czepel Poznanitae.

— De exceptionibus, de praescriptionibus, de re judicata, de appellationibus. Papiae, impr. por mgrum Ant. de Carchano, impensa Joh. Franc. de Nebiis de Burgo, 1496, fol. maj., ff. nn. 135, sign. a_2—B_3, typ. goth.
Incun. *1569* (1568), Hain *14·298*. — In uno volumine compactus cum Sandeo sequenti (1568—1569), item ex legato dris Nicolai Czepel.

— Super titulo De rescriptis et nonnullis aliis. Papiae, impr. per Bernardinum et Ambrosium fratres de Rovellis, 1495, fol. maj., ff. nn. 168, sign. Aij—uv, typ. goth.
Incun. *970* (969), Hain *14·304*. — Item ex legato dris Czepel, u. s.

— Super titulo De rescriptis et nonnullis aliis. Mediolani, impr. per Ulderieum Scinzenzeller, opera et impensa mgri Joh. de Lignano, qui omne studium et diligentiam adhibuit, ut hec omnia opera quam emendatissime ederentur, cum privilegio in decennium, 1499, fol. maj., ff. nn. 170, sign. Aii—uv, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte, exhibente angelum scutum tenentem cum nomine »M. Johannes de Legnano«.
Incun. *976* (975), Hain *14·306*. — Item ex legato dris Czepel, u. s.

— De officio et potestate judicis delegati lectura. S. l. & a., (Mediolani, impr. Ulder. Scinzenzeller, impensis Joh. de Lignano), fol. maj., ff. nn. 38, sign. Aij—giij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte, exhibente angelum scutum tenentem cum nomine »Johannes Ligniano« (!).
Incun. *977* (975), cf. Hain *14·307*. — Item ex legato dris Czepel, u. s.

— Commentaria in tit. De probationibus, de testibus, de testibus cogendis et de praesumptionibus. Papiae, impr. per Bernardinum et Ambrosium fratres de Rovellis, 1497, fol. maj., ff. nn. 99, sign. aij—Aij, typ. goth.
Incun. *1568*, Hain *14·310*. — Item ex legato dris Czepel, u. s.

— Super titulo De fide instrumentorum singularis ac perutilis lectura. Mediolani, impr. per mgrum Uldericum Scinzenzeller, impensis Joh. de Lignano Mediolanensis, cum privilegio, 1499, fol. maj., ff. nn. 32, sign. aij—fij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte, exhib angelum scutum tenentem cum ı »M. Johannes de Lignano«.
Incun. *971*, Hain *14·313*. — Item ex l dris Czepel, u. s.

— Super titulo De jure jurandc signis lectura. Mediolani, impr. mgrum Uldericum Scinzenzeller, impensis Joh. de Lignano Mediola sis, cum privilegio, 1499, fol. maj. nn. 15, sign. Aij—dij, typ. goth., icone xylogr. in fronte, exhibente gelum scutum tenentem cum nom. Johannes de Legnano«.
Incun. *972* (971), Hain *14·316*. — Ite legato dris Czepel, u. s.

— Super titulo De judiciis a commentaria. S. l. & a., (Medic impr. Ulder. Scinzenzeller), fol. ff. nn. 31, sign. a—fij, typ. goth.
Incun. *978 a*. (975), Hain ? — Item « gato dris Czepel, u. s.

— Singularis ac perutilis lectura per utili et quotidiano titulo De competenti. S. l. & a., (Mediolani, i Uldericus Scinzenzeller opera Joh Lignano), fol. maj., ff. nn. 18, sign. ciij, typ. goth., cum icone xylogı fronte.
Incun. *978 b*. (975), Hain *14·323*. — ex legato dris Czepel, u. s. »Cvivs animam Deus habuit« (!).

Sandomiria a. 1500, v. Mag Joh. de Magistris (260).

Sandomiriensis canonicus v. kowski Andr.

***Sandomiriensis respublica ci** s. XVI possessor in uno volumine torum librorum:

— Justinianus imper. Digestum infort netiis, 1495, fol. maj. (1796).

— — Novellae. Venetiis, 1494, fol. (1797, ambo olim xcṛux mgri Sommerfelt-Aesticampiani, cum ejus autographo in fronte et a com, a. 1883 vero Stephani Bzowski!).

Johannes Sommerfelt

Sandomirita Albertus de Sa miria, civis et consul: v. Wnuk

Sandomirita Dobieslaus de domiria, v. Winiarski Dob.

Sandomirita Eva de Sandomir 1565, v. Toska Eva.

...domirita Johannes de Sando-... artium mgr. et theologus Craco-...s: v. Dobrosielski Joh.

...domirita Johannes de Sando-... canonista: v. Broniec Joh. dr.

...domirita Johannes a. 1565 li-...assessor, v. Jastrzębski Joh.

...NDOMIRITA Martinus I de ...miria, scholaris (ab a. ?) et ar-... bacc. Cracoviensis, (pro quartali ...am a. 1541 ad gradum baccalau-... promotus), expost notarius Cra-... degens, olim ...sor libri:



Formularium procu-... Romae, 1491, 4to. ...8. V 1549 dono ac-... Joh. Ciżewski, liber ...arata in tegumentis cum corona in scu-...no scholaris et in-...oris Cracoviensis).

...domirita Martinus II de San-...ia, artium mgr. et physicus Cra-...sis: v. Urzędowius Mart. dr.

...NDOMIRITA Stanislaus de ...miria, scholaris (ab a. ?) Craco-...s, comparavit a. 1515 apud man-...ium Jaslensem pro 16 gr. librum:

Rolevinkius. Fasciculus temporum ab ini-...ndi usque ad hoc nostrum tempus. Ar-...e, 1487, fol. (961, expost κτῆμα dris Kurzelowitae).

...ngelsinus Henricus Samariensis, ...leberrimus: v. Pauper Henr. (377).

...ngeminianus Dominicus juris ...que interpres excellentissimus, v. ...nianus Domin. (933 sqq.).

...ngeminianus Nellus juris con-... excellentissimus, v. Geminianus (1490).

...NOCENSIS Johannes Johannis ...nok, civis de signo Lilii, schola-...b a. 1499) et artium mgr. Craco-...s, (ineunte a. 1513 ad gradum ...terii promotus), expost collegiatus ...ii minoris, decretorum dr. et pro-..., praepositus ecclesiae s. Nicolai muros Cracovienses et a. 1540— novies rector Universitatis Jagel-...e, († 27. VIII 1554), olim pos-... libri:

Formulare instrumentorum. S. l. & a., 4to. ...us).

— **Idem dr. Sanocensis moriens**, donavit etiam Collegio majori:

— Picarium cum tectura optime deauratum, in cujus copercula est signum Lilii sculptum, item coclear magnum deauratum, libros denique (s. XVI typis impressos) in jure, theologia et artibus non paucos (»Regestrum supell.«):

»Cujus animam suscipere dignetur Misericors Deus in vitam coelestem« !

— v. Bonarowa arma; Lilium; Oliwa signum.

SANSON Franciscus de Senis ordin. Minorum, artium mgr. et s. theologiae dr. ordinarie Senis legens:

— Quaestionum omnium, in Physicis contingentium, breves et utilissimae terminationes, secundum Aristotelis, Averrois et Scoti doctrinam, editae tempore, quo legebat ordinarie Senis. Venetiis, impr. per Joh. Rubeum Vercellensem, 1496, fol., ff. nn. 36, sign. aii—f_3, typ. goth.

Incun. *453* (452), Hain *14·326*. — Una cum J. D. Scoto et Thienensi ligatus libellus (452—454, duo alia opuscula olim una compacta, posterius exsecta), quondam κτῆμα Collegii majoris.

— — Item, Venetiis, impr. per Joh. Rubeum Vercell., 1496, fol., u. s.



Incun. *513* (511), *14·326*. — Exemplar in uno volumine compactum cum Andreae A. et Majronio (511—513), quondam κτῆμα »mgri Martini (Biem) de Ilkusch«, cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in rhombo, signo ligatoris.

Santes de Ardoynis de Pensauro, physicus: v. Pensaurus Sant. (1784).

SANTRITTER Johannes Lucilius Helbrunnensis Germanus, typographus celeberrimus:

— Ephemerides sive almanach perpetuus, cum Johannis Regiomontani Canone in Ephemerides. Venetiis, impensis, opera et arte impressionis mirifica Petri Liechtenstein Coloniensis, 1498 Idibus Octobris, 4to. ff. nn. 126, sign. AA_2—O_3, typ. goth., cum litera init. V. in fronte (f. i) florent.

Math. *2998*, Hain *13·798*. — Ephemerides passim cum adscriptionibus mgri Nic. Procopiadis Szadkovii.

Sapientes VII v. Septem sapientes.

Sapientes XII v. Cicero (?, hodie desideratur).

Sapphus Epistola, v. Merula Georg. Alex. (1833).

Saraceni (Sarraceni): v. Partinensis Meth.; Spinaeus Alp.

Sarmata doctus, v. Corvinus Laur. mgr. (1996 sqq.).

Sarmatae-Sarmatia cum icone, v. Schedel dr. (460).

Sartor Mathias Ilkussius de Olkusz, artium mgr. et canonista Cracoviensis: v. Krawiec Math. dr.

Satanas alias diabolus exeuntis s. XV, cum magna tibia infernali, nitide depictus in media litera initiali V.: v. Gregorius I papa Magnus et sanctus (1164).



***SAWICKI Petrus** Alberti, alias etiam Sawicius nuncupatus, scholaris (ab a. 1545) Cracoviensis, comparavit a. 1571 pro 36 grossis librum:

— Biblia s. integra. (Basileae). 1495. 16mo. (1993, a. 1559 κτῆμα Nic. Golnowski, expost vero Ralevii).

Savini Sancti Monte (de) v. Montanus Fab. (1567).

SAVONAROLA Hieronymus Ferrariensis de Ferraria ordin. Praedicatorum, theologus fundatus:

— Triumphus Crucis de veritate fidei. S. l. & a., fol. min., ff. nn. 98, sign. a—m_4, typ. goth.

Incun. *1024*, Hain *14·342*. — Ex legato dris Czepel Poznanitae.

— Expositio salutaris cum meditationibus devotissimis super psalmo Miserere. Impressum Magdeburg, s. a., 4to, ff. nn. 12, sign. aij—biij, typ. goth.

Theol. *9447*, Hain *14·422*. — Olim κτῆμα Collegii majoris.

SAVONAROLA Michael Johannes Patavinus, medicinae dr., clarissimus physicus et medicorum hujus temporis princeps:

— Opus medicinae seu practica de aegritudinibus de capite usque ad pedes. Collae, oppido municipio Florentino, sua impensa imprimendum curavit Bonus Gallus, 1479, fol. maj., ff. nn. 322, sign. aii—I (?) vi, typ. goth.

Incun. *1565*, cf. Hain *14·480*. — **In fronte libri et in ejus antoriore tegumento antiquis manibus: 1. »Item iiij marcis«; 2. »Medicinale Michaelis de Patauino« (! Savonarolae); 3. »Sum de Collegio maiorj« (rubro, manu s. XV/XVI); 4. »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«. Ceterum in tegumentis exarata pluries bb. V. Maria cum Infantulo.**

— — Item, Collae, impr. curavit Bonus Gallus, 1479, fol. maj., u. s.

Incun. *2622*, cf. Hain *14·480*. — **Ex legato dris Czepel Posnanitae. »Cuius animam Dnus Deus habeat«!**

— Practica seu opus medicinae. Venetiis, mandato et expensis Octaviani Scoti Modoetiensis impr. per Bnetum (!) Locatellum Bergomensem, 1497, fol., ff. nn. 6, num. 275 et 1 nn., sign. a_2—LL_5, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. *1508*, Hain *14·484*. — **Una cum Savonarola sequenti introligatus liber (1508—1509), cum inscriptione in fronte antiquae manus: »Ex bibliotheca maioris Collegy«.**

— — Item, Venetiis, impr. per Bnetum (!) Locatellum, 1497, fol., u. s.

Incun. *2526*, Hain *14·484*. — **In fronte libri diversis manibus: 1. »Iohannis Noscowij (Noskowski), medicj«; 2. »Dr. Laurentius Pontificius«; 3. »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Cracoviensis«.**

— — Item, Venetiis, impr. per Bnetum (!) Locatellum, 1497, fol., u. s.

Incun. *2527*, Hain *14·484*. — **Item olim κτῆμα »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.**

— Canonica de febribus, de pulsibus, de urinis, de eggestionibus, de vermis tractatus nusquam antehac impressus, et de Italiae balneis. Venetiis, mandato et expensis Octaviani Scoti Modoetiensis impr. per Bonetum Locatellum Bergomensem. 1498, fol., ff. num. 142, sign. AA_2—SS_3, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. *1509* (1508), cf. Hain *14·489*. — **Item »Ex bibliotheca maioris Collegy«, u. s.**

— De balneis et thermis naturalibus omnibus Italiae sicque totius orbis proprietatibusque earum. Ferrariae, impr. per mgrum Andream Gallum, 1485, fol., ff. nn. 39, sign. a—f_2, typ. goth.

Incun. *1512* (1510), Hain *14·493*. — **Libellus cum literis init. depictis (lit. C. in fronte nitidissime depicta et deaurata), una compactus**

aliis libris (1510—1512, quartus ad cal-
›steriore tempore exsectus), ex legato epi-
Tomicki a. 1536, cum tali tamen in mar-
a posterioris manus adscriptione: »Pa-
!) alio loco primam ciuitatem habuerunt,
›tiam ego audiui a Nobilibus quibusdam
nis a. Dni 1557 interim, cum arti medi-
eram impenderem, D. F. S.« (dr. Felix
ides] Sieprcius).

ıXO **Albertus** de Saxonia, larissimus artium mgr. et s. theo-; dr. Parisiensis, episcopus Hal-ıdtiensis:

Quaestiones subtilissimae in Ari-is libros De coelo et mundo, emen-per drem Hier. Surianum. Vene-mpr. per Otinum Papiensem, 1497, ff. nn. 51, sign. a_2—i_2, typ. goth.
un. *1514*, Hain *577*. — In fronte libelli: ›ria posses- manu, sed n: »Iohan- Sommerfelt 2. alia manu s. XVII adscriptum: »Ex heca mgri Lucae Sieprsky, a Magnifico artino Gilewsky, collega maiore, decano riani, in pignus amoris donatus a. Dni lie 4 Ianuarij«.

Tractatus proportionum, v. Bur-(1083).

xo **Johannes** de Saxonia, com-ıtor: v. Alchabitius (5 Math.).

xo **Jordanus** de Saxonia seu de linburg ordin. Erem. s. Augustini, ıedlinburgensis Jord. (1176 sq.).

ıXO **Ludolphus** de Saxonia, ıusiensis pater devotus et vir lau-simus:

Meditationes vitae Jesu Christi ıdum seriem evangelii. Nurnberg, atum per Ant. Koburger, 1483, fol., ı. 374, sign. a—Giiij, typ. goth.
un. *1221*, Hain *10·294*. — Liber cum li- init. depictis (lit. F. in fronte nitidissime a et deaurata), ex legato dris Petri Święc- de Zembrzyce. »Oretur pro eo«!

Expositio in Psalterium, sequun-Francisci Petrarchae Psalmi poeni-ıles elegantes et devoti. S. l. & a., l ?), fol., ff. nn. 224, sign. aij—D_5, goth.
un. *734* (733), Hain *10·301*. — Una cum rnardo com- ı liber (733— ıx legato mgri erfeld - Aesti- ani, cum ejus autographo.

— — Item, s. l. & a., (1491 ?), fol., u. s.
Incun. *1682*, Hain *10·304*. — Exemplar cum adscriptionibus in fronte propriae possessoris manus: 1. »Anno partus virginei 1496 iste liber emptus est 16 grossis per mgrum Martinum (Kułap) de Tarnowecz, pro ligacione 5 grossi dati sunt«; 2. »Sum mgri Martini de Tarnowiecz, comparatus media merca« (!).

SAXOFERRATENSIS **Bartholus** de Saxoferrato, civis Perusinus, famosissimus legum dr. egregiusque ac sapientissimus legum interpres:

— Lectura super Ima et IIda parte Codicis. Venetiis, impr. arte et impensis Andr. Thoresani de Asula per Bernardinum Stagninum de Tridino, 1492, fol. maj., ff. num. 201 et 173, sign. A_2—RRR_6, typ. goth.
Incun. *694*, cf. Hain *2549*. — Ex legato dris Czepel Poznanitae.

— Lectura super tribus libris Codicis, una cum additionibus Angeli (Ubaldi) de Perusio apostillisque Alexandri Imolensis (Tartagni). Venetiis, impr. impensa Andr. Thoresani de Asula, 1492, fol. maj., ff. nn. 52, sign. $hhhh_2$—$oooo_3$, typ. goth.
Incun. *1799* (1798), cf. Hain *2565*. — Liber cum literis init. depictis (lit. O. in fronte nitidissime depicta et deaurata), una ligatus cum Justiniani Novellis (1798—1799), quondam κτῆμα dris Andreae Schonaei.

— Lectura super Ima parte ff. (Digesti) veteris, una cum additionibus Alexandri (Tartagni) de Imola. Venetiis, impr. imp. Andr. Thoresani de Asula, 1492, fol. maj., ff. num. 274, sign. a_2—B_3, typ. goth.
Incun. *695*, cf. Hain *2583*. — Item ex legato dris Nicolai Czepel.

— Lectura super IIda parte ff. (Digesti) veteris, cum apostillis Alexandri (Tartagni) de Imola. Venetiis, feliciter impr. per Bernardinum Stagninum de Tridino de Monteferrato, 1492, fol. maj., ff. num. 201 (erronee 101), sign. aaa_2—vvv_6, typ. goth.
Incun. *696*, cf. Hain *2587*. — Item ex legato dris Czepel Poznanitae.

— Lectura super Ima parte Infortiati, cum postillis Alexandri (Tartagni) de Imola. Venetiis, impr. per Bernardinum Stagninum de Tridino de Monteferrato, 1492, fol. maj., ff. num. 235, sign. a_2—z_8, typ. goth.

Incun. *697*, cf. Hain *2600*. — Item ex legato dris Czepel.

— Lectura super IIda parte Infortiati, una cum additionibus Alexandri (Tartagni) de Imola. Venetiis, impr. per Andream de Thoresanis de Asula, 1492, fol. maj., ff. num. 253, sign. aa_2—oo_6, typ. goth.

Incun. *698*, cf. Hain *2604*. — Item ex legato dris Czepel Posnanitae.

— Lectura super Ima parte ff. (Digesti) novi, cum postillis Alexandri (Tartagni) de Imola. Venetiis, diligenti cura impr. per Andream de Thoresanis de Asula, 1493, fol. maj., ff. num. 211, sign. a_2—x_6, typ. goth.

Incun. *699*, cf. Hain *2616*. — Item ex legato dris Czepel, cum tali in fronte antiquae manus adscriptione: »Liber testamentaliter pro libraria theologorum Study Cracouiensis legatus, olim Venerabilis ac Egregy dni Nicolaj Czepel de Posznania, decretorum dris, prepositi Wratislauiensis et canonici ecclesiarum Gneznensis, Cracouiensis, Posznaniensis, Wladislauiensis et Plocensis, qui ex humanis cessit vltima Aprilis. Cuius animam Dnus Deus habeat, a. X. 1522« (!).

— Lectura super IIda parte Digesti novi, cum apostillis Alexandri (Tartagni) de Imola. Venetiis, impr. per Bernardinum Stagninum de Tridino de Monteferrato, 1493, fol. maj., ff. num. 347, sign. A_2—mM_4, typ. goth.

Incun. *706*, cf. Hain *2620*. — Item ex legato dris Czepel.

— Utiles tractatuli: Repetitio l. i. C. De dignitate, De nobilitate cum pulchris additionibus, De insigniis et armis, De falcone, De regimine reipublicae civitatis. Liptzk, impr. per Greg. Boticher, 1493, 4to, ff. nn. 51, sign. Aij—hiiij, typ. goth.

Incun. *1828* (1827), Hain *2636*. — Una compactus libellus cum Magnino et Sylvio (1827—1829), ex legato dris Petri Świętopełk de Zembrzyce, passim cum adscriptionibus dris Biel Neopolitani, emptus tamen c. 1550 per Andream Sandecensem pro conventu Wyszogradensi, ac tandem s. XVII κτῆμα Jacobi Vitellii!

— Processus contemplativus quaestionis ventilatae coram Domino nostro Hiesu Christo, tamquam judice, inter advocatam hominis, sc. bb. Virginem Mariam, ex una et diabolum partibus ex altera, super possessorio humani generis (alias Tractatus procuratoris sub nomine diaboli dictus). S. l. & a., 4to, ff. nn. 12, sign. Aij—Biij, typ. goth.

Incun. *2213* (2211), Hain *2644*. — U[illegible] gatus libellus cum 2 aliis libris (2211—[illegible] cum adscriptione in fronte manus dris Biel Neopolitani: »Libellus iste in sextern[illegible] gatus pro libraria theologorum Collegy m[illegible] per mgrum Petrum (Świętopełk paterno n[illegible] nuncupatum) de Zambrzecz (alias de Nie[illegible] wice), s. theologie professorem, impensis mgri Stanislaj Byel de Noua ciuitate instr[illegible] tus. Oretur pro eodem« !

— Libellus procuratoris, in quo [illegible] bolus producit litem coram judic[illegible] [o]mnipotenti Deo contra genus huma[illegible] (Hain 2647): v. Libellus procura[illegible] (66).

Libellum vitiose Hain auctori Barth. [Saxo]ferratensi tribuit.

— Consilia, disputationes nec [illegible] tractatus. Venetiis, impr. per Bern[ardi]num Benalium Bergomensem, 1487 [fol.] maj., ff. nn. 164, sign. a_2— uv, typ. [goth.]

Incun. *985*, Hain *2655*. — Una cum l[illegible] cio ligatus liber (985—986), ex legato dris [Cze]pel Posnanitae.

— De tabellionibus tractatus, v. [Mo]dus legendi abbreviaturas in utr[oque] jure (1882 sqq.).

Saxones v. Schedel dr. (460).

Saxonia (de) Albertus artium [illegible] praeclarissimus et theologus Parisie[nsis] v. Saxo Alb. dr. (1514).

Saxonia (de) Johannes comm[en]tator, v. Alchabitius (5 Math.).


Saxonia (de) Jordanus ordin. [Ere]mitarum, v. Quedlinburgensis J[ordanus] (1176 sq.).

Saxonia (de) Ludolphus Car[thu]siensis devotus, v. Saxo Lud. (1[illegible] sqq.).


Sbachi (de) Johannes a. 1484 [pos]sessor libri, v. Zbankius Joh.

Scala coeli v. Gobius Joh. Ju[nior] ordin. Praedicatorum (421 sqq.).


Sceptra Universitatis Jagellonicae Cracoviensis antiquissima, ineunte seculo XVI exarata in tegumento libri: v. Altissiodorensis Guil. profundissimus mgr. et dr. subtilissimus (1095).



Item, Sceptra Universitatis Jagelae Cracoviensis uissima, exain tegumento circa a. 1522: .idas (1564 Le-ı); Czepel Nic. oznania dr., ci-:t Nobilis.



Item, Sceptra Universitatis Jagelae Craco-ıis anti-ima, im-a libro a. Cracoviae : v. Pro-des Nic. zadek dr.



epussiensis canonicus, v. Krawiec . Ilkussius dr.


ꞋHEDEL Hartmannus dr. meae et physicus Norimbergensis:

Liber chronicarum, continens gesta ꞋUnque notatu digniora ab initio li usque ad hanc temporis nostri caatem, a doctissimis viris castigatus. mbergae, ad intuitum et preces Se-Schreyer et Sebastiani Kammer-er, civium, impr. Ant. Koberger, ɔitis viris mathematicis pingendique peritissimis, Michaele Wolgemut et elmo Pleydenwurff, 1493, fol. maj., ı. 20, num. 1—266, nn. 6, num. -299 et 1 nn., sine sign., typ. goth., figuris et imaginibus illustrium vin et civitatum, in quorum nro ff. nn. (post f. 267 num.) capita (Con-Celtis): »De Sarmatia, regione Eu-, De regno Poloniae et ejus initio, ı. Stanislao, episcopo Cracoviensi, no Sarmatiae, et De Cracovia (cum niria et Klepardia), urbe regia Sarıe«, (ubi mentio »viri multis mira-« fulgentis, mgri Joh. Wacięga Kanquamvis nondum in Catalogum sanm ascriptus sit«), illustrata imagi-ı Sarmatiae, Cracoviae et s. Stani-Szczepanowski).

un. *460*, Hain *14508*. — Liber cum lite-t. nitidissime depictis et deauratis (prae-lit. A., C. V. et aliae) et cum adscri-ɔus diversarum manuum: 1. rubro in fronte): »Enee Silvij (!) Piccolominei Senensis, ıu. cardinalis s. Sabine, edicio Libri cronicarum«; 2. in margine f. nn. 2: »1536. Rmus dnus Petrus Thomicius, episcopus Cracouiensis, Collegio theologorum presentem librum legauit, quondam dono datum Sue Rme paternitati per mgrum Martinum de Tharnovijecz« (Kułap paterno nomine dictum). Ceterum exemplar cum bene conservata (f. 169 v.) icone »Iohannes papa VII, Anglicus, mulier fuit in habitu virili, vt ait Martinus« Polonus), et passim cum adscriptis glossis palaeopolonicis: 3. »giansiczki, maczerza duska, piotruska, rzepik« (f. tit.), »Vyelijga, Oczko, Pyathka, Matphei, Maska, Strzelecz, Apotekarz (!), Zak, Barwijesrz (!), Rvski mnijch, Rogalya, Lowyecz, Copijthko, Karzijel Maczvda, Pan Raczka, Panna Smijchnija, Gandzyecz, Zawodnijk, Propheta (!), Oczkowski Rambennijcza, Dlvgoschijski Cozirozek« (f. num. 12 »De hominibus diversarum formarum«), »Panowije Nyemczi skaczą, a boskeij rzeczi nije baczą« (f. 217) ... Item aliae diversis manibus positae, inter quibus etiam manu mgri Kułap et episcopi Tomicki, inveniuntur in hoc libro adscriptiones: 4. in fronte (f. tit.): »Anno Dni 1516 in multis (!) grando inswete magnitudinis in multis locis (!) et insueta damna in peccoribus varys et hominibus et alys, que sunt necessaria vite humane. Fertur tante fuisse predictum grandem tante (!) alicubi, sicut ova magna anserum, alicubi, sicut capita bocona (?), et alibi, sicut cambuge sericee (!) aliter pilatikj gradobite. Et hoc contigit signanter circa Visitacionis Marie festa« (2. VII); 5. item eadem manu (f. 286): »Bavarj (!) sclavonicum fuit, quod dicebant seu vocabant milites boyarj, et Sclavj, vti ego in Almania didici a vetustissimis Sclavis, pertendebatur ad Renum fluvium. Et Ptolomeus Sarmatas dicit pertensos ad Renum, quas omnes naciones Theutonici occuparunt. Et circa mare Ilircum, vt sunt Venecie (!), aduc per villas Sclavj sunt et Itali in vrbibus. Ecce, quomodo vadunt regna de gente in gentem, mutatis nominibus«; 6. item alia manu posita adscriptio: »Nvntij seu oratores Wladislai, Vngarie et Bohemie regis, missi in Camyenyecz ad componendum Bochdanum, palatinum moldauiensem, cum Serenissimo Sigismundo, rege Polonie, nouitates Constantipolitanas eidem regi Polonie notificant« ex Kamieniec podolski, ubi etiam Petrus Tomicki aderat, a. 1510 (f. vacuo 259); 7. item rubro colore (f. vacuo ante f. num. 267) positae adscriptiones: »Hic notantur Cause destructionis variarum nationum et statuum diuersorum:

1. Ociositas, saturitas et temeritas Sodo-[morum,
Incredulitas, duricia et rebellio Iudeorum,
Fortitudo, libido et prodicio Troianorum,
Sciencia, gloria et apostasia Grecorum,
Invidia, prosperitas et status pacificus [Romanorum,
Pertinacia, ferocitas animi et mollicies [Gallicorum,
Pompa, diuicio et inhvmanitas Hispa-[norum,
Valitudo, simvltas (i. e. latens odium) et [a fide deviatio Anglicorum,

Est destructio singulorum.



Schedel dr. (Cracovia, regia urbs Sarmatiae, a. 1493).

stancia, factio et duplicitas Itali-
[corum,
ı, confidencia propry ingenij et in-
[obediencia Bohemorum,
mergia (i. e. gvla, voricitas), gros-
[sicies et iactancia Polonorum,
ria, sacramentorum contemptus
[Francorum,
itas, presumcio et incredulitas Vn-
[garorum,
ı, avaricia et temeritas Prutenorum,
ır, mvtua devastacio et pertinacia
[Bavarorum,
animitas, petulancia et sumtuositas
[Australium,
us, rapacitas et inverecundia sta-
[gnalivm,
ıia, taciturnitas et inexemplaritas
[prelatorum,
itas, ignorancia et sovrilitas sacer-
[dotum,
ietas, dissolucio et officia secularia
[monachorum,
ivm, lenocinivm, incvria et temv-
[lencia (i. e. ebrietas) principum,
egium, instabilitas et perfidia No-
[bilium,
ınia, oppressio et vestis meretricia
[militarium,
rdia, vindicta et appetitus dominij
[vrbanorum,
ılencia, libertas et ebrietas rusti-
[corum,
itas, fravs et pacti inter se viola-
[tio mercatorum,
ıdia, ocium et impudencia mvlierum,
oquium, crapula et contubernium
[virginum,
uidencia, furia et prodigalitas do-
[minorum,
a, pigricia et infidelitas servitorum:

Est destructio singulorum.

um Lombardorum,
ries Thevtonicorum,
ia Saxonum,
as Sclaworum,
ia Italorum:

Est destructio singulorum.

neth prophanus (!) decepit a fide pa-
[ganos,
th Iudeos, Viklyeff Anglos Husque Bo-
[hemos.

io in Italia,
rtas in Venecia,
norum ieiunia,
o in Bohemia,
in Vngaria,
itas in Austria,
as in Bavaria,
citas in Sweuia vel Swecia,
s in Slesia,
norum consilia,
ınorum homagia,
in Polonia,
a in Marchia,
ia in Herfordia,
osa mulier in Ethiopia:

Nichil valent hec omnia....

— — Item, Nurembergae, impr. Ant. Koberger, 1493, fol. maj., u. s.

Incun. *1572*, Hain *14·508*. — Exemplar ignoti possessoris, cum bene quidem conservato f. 169, in quo autem imago Johannis papae VII, mulieris in habitu virili, diligentissime chartula adglutinata, textus ibidem (ex Martino Polono) delineatus et in margine manu s. XVII (mgri Wieczorkowski?) adscriptum: »Si rationem habuisses, haec talia hic non inseruisses, hinc nescis, quis sis et an catholicus«. Ceterum in fronte diversis manibus s. XVII: 1. »Ex bibliotheca Vniuersitatis Crac.«; 2. »Collegij maioris«.

— — Item, Nurembergae, impr. Ant. Koberger, 1493, fol. maj., u. s.

Incun. *1573*, Hain *14·508*. — Liber cum bene conservato f. 169,

D. Martini de Ilkusch

olim κτῆμα »Dris Martini (Biem) de Ilkusch«, cum ejus autographo, a. »1525 emptus«, passim cum ipsius et dris Broscii adscriptionibus, ut: 1. manus dris Biem Ilkussii: »Anno Dni 1386 die 14 Februarij Wladislaus, Iagello dictus, rex Polonie, cum fratribus suis Cracouie baptisatus est« (f. 265 v.); 2. item manus dris Broscii: »Impressus est iste liber Norimbergae 1493, a quo anno ad annum 1628 fluxerunt anni 135, post mortem Cantii (s. Wacięga) annis 20, mortuus est enim a. 1473, vt refert Miechouiensis« (Miechowita, f. 266)... Ceterum »Tabula« hujus exemplaris in fronte cum literis init. depictis.

— Buch der Croniken und geschichten, mit figuren und pildnussen von anbeginn der welt bis auf die unsere zeit, durch Georgium Alten, losungschreiber zu Nürnberg, aus latein in teutsch gebracht. Nürnberg, gedruckt durch Ant. Koberger, 1493, fol. maj., ff. nn. 10 et num. 285 (f. 286 deest), sine sign., typ. goth., cum figuris et imaginibus illustrium virorum et civitatum, in quorum numero ff. 263—265 capita (Conradi Celtis): »Von der gegent Europe, Sarmacia oder Polnn genant, Vom königreich Poln und seinem ursprung, Von Sant Stanislao, bischof zu Krackaw und patron des polnischen lands, & Von Krackaw, der koniglichen stadt des polnischen lands«, (ubi mentio facta s. Johannis Wacięga Kantii, »der an viel wundergeschichten leuchtet, wiewol er auch nochmals in der heiligen zal nit geschriben ist«), illustrata imaginibus Sarmatiae, Cracoviae et s. Stanislai (Szczepanowski).

Incun. *461*, Hain *14·510*. — Exemplar cum bene conservato f. 169 (»Iohannes der VII babst, was ein weiplich person, als Martinus spricht«, quondam κτῆμα »M. Lucae Piotrowski M. C.«, cum exaratis in tegumentis Aquila sine corona in quadrato et Aquila cum corona in eclipsi, signis librorum ligatorum Cracoviensium.





— — Item, Buch der Croniken. Nürnberg, gedruckt durch A. Koberger, 1493, fol. maj., (exemplar mutilum).

Incun. *?*, Hain *14·510*. — Temporibus dris Bandtke QQ. I. 2. signatus liber, exeunte s. XV κτῆμα »mgri Vincencii« (Izsepensis), hodie desideratur).

SCHILDIZ Hermannus ordin. Eremitarum s. Augustini, s. theologiae professor:

— Prologus in Speculum manuale sacerdotum. S. l. & a., (1482), 4to, ff. num. 113—120, sign. Cxiij—Cxx, typ. goth.

Theol. *5211 f.*, cf. Hain *2486 II & 14·516 sqq.* — Fragmentum cum literis init. depictis, una ligatum cum 6 aliis opusculis (5211 a.—5211 g.), olim κτῆμα mgri Jacobi Fridel Klepardiensis.

— v. Chaimius (5211 a. Theol.).

Schilling arma Nobilis civis et artium mgri Cracoviensis, v. Schilling Joh. dr.

Schillingk dni germani dris Johannis Schillingk, v. Schillingk Joh. dr.

***SCHILLINGK Johannes** Cracovita, Nobilis civis de armis Schilling, scholaris et (ab a. ?) artium mgr. Cracoviensis, expost utriusque juris dr., canonicus cathedralis Cracoviensis et praepositus ecclesiae collegiatae s. Floriani Klepardiensis, († 28. IX 1518 in Feldkirchen), olim possessor libri:

— Hieronymus s. Epistolae, pars II. Parmae, 1480, fol. (1007, quem 3. XI 1519 pro perpetuo ejus memoriale germani ejus dni Schillingk, cives Cracovienses, pro libraria theologorum assignaverunt. »Quiescant in pace« !).

»Cujus anima requiescat in pace« !

***SCHINDLER Johannes Baptista** s. theologiae et utriusque juris dr. et professor Cracoviensis, canonicus cathedralis ac senator reipublicae et liberae civitatis Cracoviensis, († 9. IV 1890), legavit ante mortem bibliothecae Jagellonicae libros:

— Justinianus. Codex. Norimbergae, 1488, fol. (1162, olim κτῆμα Martini Flander, ab a. 1565 vero Ingolstadtiensis bibliothecae Franciscanorum).

— Nicodemus. Evangelium, zu teutsch gebracht. S. l. & a., 4to. (11·371 Theol.).

— Parisiensis. De sacramentis. (Norimbergae), s. a., 4to maj. (237).



— Sylvius. Epistolae familiares. Norimbergae, 1486, 4to. (236, olim κτῆμα episcopi Krzycki et bacc. Dilewski, liber cum manu impressis epi Krzycki armis Kotwicz in scuto et circulo).

Schneevogel Paulus artium mgr. Lipsiensis, v. Niavis Paul. (227 sqq.).

SCHOIFFER Petrus de Gernsheim, typographus, impressit Moguntiae opera et opuscula, quae »Polonica« dicuntur:

— Missale secundum rubricam ecclesiae Cracoviensis. Mog., 1484, fol. (4940 Theol. pol.).

— Missale sec. rubr. eccl. Crac. Mog., 1487, fol. (4941 Theol. pol.).

— Missale sec. rubr. eccl. Gneznensis et Crac. Mog., 1492, fol. (6237 Theol. pol.).

— Missale sec. rubr. eccl. Wratislawiensis. Mog., 1499, fol. (4943 Theol. pol.).

— v. Polonica.

***SCHOLTZ Hieronymus** Wratislawiensis ad aedem s. Elisabeth ecclesiastes, exeunte s. XVIII possessor librorum:

— Missale secundum rubricam eccl. Wratislawiensis. Moguntiae, 1499, fol. (4943 Theol pol., emit a. 1776 Wratislawiae ex auctione publica, prius a. 1515 κτῆμα sacristiani Joh. Schonbergensis, expost Wratislawiensis eccl. cathedralis, s. XIX autem dris Bandtke).

— Statuta synodalia Wrat. Wratislawiae, 1475, 4to. (2595, item expost κτῆμα dris Bandtke).

***SCHONAEUS Andreas** Matthaei Głogowita, scholaris (ab a. 1583) et artium mgr. Cracoviensis, (7. I. 1586 in mgrum artium et philosophiae drem promotus), expost graecae linguae propagator et professor, collegiatus Collegii majoris, utriusque juris et s. theologiae (promotionis romanae) dr. et professor, parochus Proszowicensis, decanus

ollegiatae s. Floriani Klepardien- 1605—1614 novies rector Unitis Jagellonicae et Studii gene- rocancellarius, († 20. V 1615), pro libraria Collegii majoris

ndreae Joh. Quaestiones mercur. In Tiv., 1483, fol. (557, olim κτῆμα dris Nic. nicensis et domus canonistarum, una li- um Francho et Corsetto sequentibus).

rgentinensis Th. Super libros Sententia- & IV. Argentinae, 1490, fol. (1729).

ristoteles. De generatione et corruptione. 1480, fol. (1716, olim κτῆμα mgri Nergavit pro Collegio minori).

ranchus. Super titulo de regulis juris. , 1499, fol. (558).

orsettus. Singularia et notabilia. Bono- 77, fol. (559).

Idem dr. Schonaeus fuit etiam or librorum:

rgentinensis Th. Super quatuor Senten- libros, I & II. (Argentinae, 1490), fol.

ecisiones rotae romanae. Romae, 1475, 3).

